



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>











# C. IVLII SOLINI

## COLLECTANEA RERVM MEMORABILIVM.

---

RECOGNOVIT

**TH. MOMMSEN.**

---

BEROLINI

IN AEDIBVS FRIDERICI NICOLAI  
(G. PARTHEY.)

1864.

74392

ALPHABETICALLY BY NAME  
HOMERUS 1871-1872

PA  
6696  
55  
1864

**BIBLIOTHECIS**  
**GVELFERBYTANAE . LEIDENSI . PARISINAE**

**QVARVM BENIFICIO**  
**TRES SOLINI OPTIMI CODICES FVERVNT SIMVL DOMI APVD EDITOREM**  
**ET DVM LIBELLVS EXCVDITVR MANSERVNT**

**GRATO ANIMO**

**EDITOR BEROLINENSIS**





**C. Iulii Solini** haec duo nomina confirmantur Auctoris nomina. omnium librorum consensu, praenomen *Gaii* solis libris familiae secundae et tertiae, ut possit esse ab interpolatione: magis tamen est, ut vere antiquum credamus. quinam fuerit et unde oriundus ignoratur, nisi quod libri ordinis secundi et tertii *grammatici* officium ei tribuunt sane probabiliter. nam suspicatus quidem est Valerius (ad Dionem 74, 8) auctorem huius libelli esse nominatum a Dione (72, 12. 74, 2) Iulium Solonem infimae dignitatis senatorem caesum Severi iussu a. 193, unde profectus Dodwellus (tam in Hudsoni geogr. Graec. min. t. II diss. praemissae p. 71 sq. quam in *hist. crit. de la rép. des lettres* vol. 14, Amstelædami 1717, p. 37 sq.) Adventum cui opus inscriptum est credidit esse Oclatinum Adventum consulem ordinarium a. 218: at illam opinionem refellit cognominis diversitas, in quo apud Dionem vix potest erratum esse (v. Reimarus ad Dionem 74, 8), hanc parum commendat cognomen nequaquam rarum. sane scholasticum hominem arguit libellus universus scriptoris eius, qui totum se libris neque iis multis mancipavit nec quidquam umquam ipse conspicatus expertusve sit: neque indigna tali auctore praecipua admiratio fascium domum professoris pulsare veritorum (p. 31, 22). at de ea re neque quidquam certo sciri potest nec multum interest.

Magis refert quaerere de aetate, qua scripsit Solinus. De Solini aetate. vixisse eum aliquantum ante Theodosium II (401—450) inde apparet, quod classis primae libri ducti sunt ab

exemplo scripto *studio et diligentia d. n. Theodosii invictissimi principis*, qua de subscriptione et universe de ingenio imperatoris illius librarii luculenter egit Otto Jahn (in actis soc. Saxon. a. 1851 p. 342 sq.). eodem redit, quod ex scriptoribus aetatis certae, quos Solino usos esse constat, antiquissimus est Augustinus in commentariis de civitate dei scriptis c. a. 426, cum nomine eum eorum qui extant nemo citarit ante Priscianum. nam Capellam fuerunt quidem nuper, qui ad tertium saeculum revocarent, sed neque eius opinionis argumenta satis certa protulerunt et ipsa Solini expilatio auctoris praeterea quod sciamus a quinto demum saeculo adhibiti parum ei favet. quare cum quinto saeculo Solini liber iam pervulgatus fuerit, a feliciore autem litterarum Latinarum aevo tam rerum eius exilitas quam sermonis infantia abhorreat, hoc restat quaerendum, utrum saeculo tertio probabilius adscribatur an quarto. quorum equidem illud praetulerim. Byzantium ibi tantum nominari (p. 23, 11. 78, 8), non Constantinopolim neque ullum adesse vestigium provinciarum divisionis Diocletianae et Constantinianae, etsi non flagitat, ut in opere compilato, tamen suadet ut auctor vixerit ante Constantinum. suadet idem praenomen, siquidem vere habuit auctor, quarto saeculo iam rarens. christianae religionis praeterea vestigia adsunt nulla: nam quam quodammodo eo referas narrationem de pomis cinerescentibus Sodomii et Gomorrae (p. 172, 14) originis omnino Iudaicae, eius notitia iam invenitur non solum apud Iosephum (bell. Iud. 4, 8, 4), sed etiam apud ipsum Tacitum (hist. 5, 7). denique citari ut testem sermonis Latini Solinum a Prisciano facit, ne nimis recentem illum habeamus: quamquam verum est similiter ibi citari non solum Ulpianum et Vegetium, sed etiam Marcellinum, videnturque omnino auctores in scholis Byzantiis lectitati et explanati, quorum e numero Solinum fuisse crediderim, apud Priscianum interdum se insinuasse inter testimonia auctorum antiquiorum et vere receptorum. quae omnia licet

singula infirma sint, tamen coniuncta vix admittunt, ut ad quartum saeculum Solinum detrudamus. — Argumenta autem, quibus docti quidam viri demonstravisse sibi visi sunt Solinum scripsisse saeculo tertio vel certe post secundum, diligenter examinata infirma inveni omnia. nam quod Dodwello (in Hudsoni geogr. Graec. 2, 71) in mentem venit Artaxerxem Hierichuntis expugnatorem (p. 171, 17) intellegendum esse eius nominis regem Persarum, contra quem bellum gessit Severus Alexander, equidem quo pertineat parum credibilis illa de Hierichunte narratio non magis scio quam Salmasius, hoc scio neque a Solino usquam talia citari sua aetate gesta neque Artaxerxen illum attigisse Palaestinam. deinde quod ex loco p. 225, 20 Salmasius in prolegomenis effecit Persas Solinum scribere *quondam Parthos nominatos esse* itaque vixisse eum aliquantum post Severum Alexandrum, hoc argumentum nec per se satis firmum totum evanuit, postquam melioribus libris collatis vocabulum quod est *quondam*, in quo tota res vertitur, patefactum est proficisci ab interpolatore: unde iam apparet Persarum Parthorumque nomina Solinum non aliter usurpare ac usurparat Plinius. gravius sane indicium praebet locus p. 202, 9, ubi referens Pliniana (6, 54) de sericis matronarum vestibus addit nunc etiam viros iis uti: nam holosericis certe primus Romanorum usus esse fertur Elagabalus (218—222) teste biographo (c. 26 cf. vita Sev. Alex. 40; vita Tac. 10; Dio 43, 24), licet subsericae etiam viris antea in usu fuisse videantur nec diu observatum sit senatusconsultum a. p. C. 16 factum (Tac. ann. 2, 33; Dio 57, 15), ne veste serica viri uterentur (Sueton. Calig. 52; Dio 59, 26; Becker in Gallo 3, 156). his adde quae auctor scribit de camelis post translationem in peregrina loca facile morbos trahentibus (p. 201, 12), de circi spectaculis equorum (p. 194, 9), denique, si placet, senilem temporum quae fuerunt admirationem et sui aevi obiurgationem, quo exempli causa nemo nascatur non



minor parentibus suis (p. 25, 19): habebis sane labentis saeculi indicia nec dubia nec pauca magisque digna Valeriani et Gallieni temporibus quam Antoninorum, ut tamen ad certiora progredi vix liceat propter ipsam auctoris incredibilem exilitatem.

Solini liber chorographia.

Scripsit autem Solinus sub indice *Collectaneorum rerum memorabilium* (nam hunc neque alium ullum libello ab eo inscriptum esse infra docebitur) chorographiam ita comparatam, ut in singulis locis non tam ad utilia et scitu necessaria attenderet quam ut ipse ait, ad memorabilia, quo quid significet, exponit satis accurate in praefatione. ordinem locorum sequitur eum, ut primum proponat Europam incipiens ab urbe et Italia cum insulis (c. 1—6), post has Graeciam cum Thessalia Macedonia Thracia insulisque Graecis (c. 7—11), mox Pontica et Scythica (c. 12—19), porro Germaniam Galliam Britanniam Hispaniam (c. 20—23) percensens; deinde enarret Africam a Mauretania ad Aegyptum (c. 24—35); finiat denique in Asia, describens Arabiam et Syriam (c. 33—37), Asiam minorem (c. 38—45), Assyriam Indiam Parthiam (c. 46—56). — Nostra maxime interest scire, unde sua habuerit auctor. norunt autem philologi vel ii qui Solinum numquam evolverunt pleraque quae tradat proficisci ex Plinii naturae historia. cuius adhibuit primum libros geographicos sive, ut inscripsit Plinius, de sitibus gentibus maribus (3—6), deinde librum de homine (7) librosque de animalibus (8—11), item de arboribus, sed de solis peregrinis (12. 13), deinde de gemmis (37), reliquis tam de arboribus Italicis fructiferis silvestribusque quam aliis omnibus aut rarissime adhibitis aut omnino omissis. id quod accurate convenit cum ipsius auctoris praefatione p. 4, 1—8, nisi quod gemmae ibi non nominantur nisi in recensione interpolata. caput autem de homine p. 17, 3—33, 7 excerptum maxima ex parte ex Plinii libro septimo adiecit urbis descriptioni, animalia et arbores in suis quaeque patriis terris enarravit (cf. p. 17, 4). — Iam Plinii na-

Auctores a Solino adhibiti.

Solinus quid habuerit ex Plinio.

turae historia cum extet integra, epitomen hanc docti viri hodie fere contemnunt nec sine causa. nam sane perparvum interest scire quibus artibus saeculi tertii scholasticus Plinium quasi scriptorem iusto simpliciorum loqui docuerit tumide et perplexe et insipide, cuius si placet exemplum luculentum considerare, expende quid effecerit ille p. 121, 17 — 122, 18 ex Plinianis 5, 3 \*). nec magis persequendi sunt ridiculi magistrelli errores, qui ne verba quidem recte separare valuerit et ex iis quae sunt *ab Delo* et *ad Dirim* apud Plinium (4, 67. 5, 13) procuderit portenta nominum *Abdelum oppidum* (p. 85, 9) et *Addirim montem* (p. 124, 11): qui cum Plinius (4, 13) *in Achaia novem montium notissimum Scioessam esse* scribat, non solum ipsam Scioessam inde faciat *locum novem collium* (p. 61, 15), sed etiam statim nescio quid garrire incipiat de nemorum eius opacitate: denique qui cum Plinius (37, 46) scribat Neroni principi allatam esse electri glebam xiii pondo, deceptus ambiguitate lineae quae numeros distinguit tam simplices quam millenarios, effecerit inde donum missa esse Neroni electri tredecim milia librarum. quid quod p. 100, 1 verba *gens beatissima*, quae ne intellegi quidem possunt sic ut nos ea edidimus et omnino edidit ipse auctor, fortuito remanserunt corrupta ex iis quae eum Plinii locum, unde quae sequuntur Solinus desumpsit, proxime praecedunt: *genus sepulturae beatissimum*. sane quae omnia dominatur Nemesis per hunc epitomatores admissum ultus est Theophrastum aliosque auctores plurimos non multo melius aliquando tractatos a Plinio, sicut deinde rursus vindictam Plinii exegit de Solino per Capellam Isidorumque, inventorem illum insulae si

---

\*) Ibi regia Antaei certamenque cum Hercule et Hesperidum horti. adfunditur autem aestuarium e mari flexuoso meatu, in quo draconis custodiae instar fuisse nunc interpretantur. amplectitur intra se insulam, quam solum e vicino tractu aliquanto excelsiore non tamen aestus maris inundant. extat in ea et ara Herculis nec praeter oleastros aliud ex narrato illo aurifero nemore.

diis placet Teode creatae ex Solinianis p. 231, 2 [*proxima*]t eode[m nomine], hunc repertorem fluvii Oscori inde oriundi, quod apud Solinum p. 96, 12 *montes Moschorum*, id est τῶν Μόσχων, *Phasidem fundunt*. talia non praetereunda quidem sunt, cum et auctoris et saeculi indoles inde pateat: omnia vero huius generis percensere cum nec prosit neque iuvet, talis auctoris insectationem et ex tali hoste triumphum iis relinquimus, qui muscas venantur quosque nullius unquam victoriae puduit.

Utilitas Plinianorum apud Solinum ad crisis Plinianam.

Omnino huius generis quae sunt tres partes libelli implent, a nobis ne obruant utiliora, distincta adscriptis paragraphis Plinianis quae Solinianis respondent, neque ulli unquam usui futura nisi ad fundandam librorum Plinianorum emendationem. in qua quod adhuc Solinus suum locum non tenuit, habet excusationem propter contextum Solini ipsius nunc demum satis stabilitum: iam vero hac eius recognitione instituta spero fore ut Plinii editores futuri diligentius Solinum adhibeant. hic tres tantum locos adscripsi monstraturos, quid adhuc ex Solino Plinius proficere possit. 3, 50 verba in omnibus hodie notis Plinii libris sic corrupta: *Pisae ... ortae a Pelope Pisisque sive a Teutanis Graeca gente* (nam quam eius loci explicationem proposuit Salmasius in Solin. p. 43, ea mihi quidem non probatur) ex Solino p. 35, 2 sic emendantur: *ortae a Pelopidis*. 37, 71 lectio librorum adhibitorum ab Hermolao Barbaro et Iacobo Dalecampio: *qui non omnino virides nascuntur, quoniam vino et oleo meliores fiunt* adhibito Solino p. 98, 17 defenditur refutaturque hodie recepta cum reliquorum librorum tum codicis Bambergensis: *qui tamen viri(de)s nasci videntur, quoniam oleo meliores fiunt*. 37, 164 similiter Solinus p. 45, 12 solus stat cum Dalecampiana editione, quae habet *fulminibus et typhoni* contra librum Bambergensem, in quo est *fascinationibus*, et reliquos, in quibus est *fulminibus et tonitribus*. — Ex his luculenter apparet utilitas libelli Soliniani non tam ad emendanda verba Plinii quam ad leges recognitionis stabilien-

das. simul vero denuo intellegitur, quantum damnum fecerimus amisso libro Vesontino sive Chiffletiano, quem Dalecampius adhibuit: nec quidquam magis optandum est quam ut futuro Plinii editori nisi ipsius illius libri vetusti, tamen apographi eius copia fiat eiusque causa libri scripti vel recentissimi quique diligenter examinentur.

Sed ut redeamus ad Solinum, habet is praeter Pliniana etiam alia. inter quae ex Melae chorographia quae excerpserit, eodem loco habenda sunt atque excerpta Pliniana nec futuro Melae recognitori negligenda, quamquam propter ambitum multo minorem minoris sane utilitatis. — Contra quae de suo adiecit aut a se excogitata aut ex vulgari plebeiaque rerum notitia desumpta, a nobis signata nomine auctoris, iis nihil omnino proficimus: bonum factum quod haec sunt perpauca. — Sed restant ea quibus adscripsimus aut ignoti auctoris notam aut Pliniani loci aucti, digna sane quae omni cura expendantur, id quod deinceps facilius fieri poterit seiunctis his ab excerptis Plinianis meris, quibus antea quodammodo sepulta iacebant. nec tamen hoc praesto omnia illa, quibus notae supra dictae appositae inveniuntur, vere proficisci ab auctore deperdito. imo multa eorum aut ita vulgaria sunt, ut etiam ab infimae aetatis, modo Romanae scholastico proferri potuerint libro adhibito nullo, aut derivata videntur ex ipsis Plinianis modo temere auctis ex ingenio, modo memoriae lapsu detortis et confusis. exempli causa in loco de Gauloe insula p. 145, 16—19 cum de scorpionibus terrae Gauloensis iactu necandis apud Plinium grammaticus legisset, facile de suo addere potuit ibi serpentem vivere nullum, similiterque iudicanda est narratio de Garamantum venere p. 146, 2 — 10. etiam quae de lasere narrat p. 141, 3 sq. pleraque desumpta esse ex Plinii de ladano relatione recte observavit Salmasius p. 249. potuerunt haec etiam inventis Solinianis excerptisve Plinianis adiudicari et debuerunt fortasse: modestius tamen visum est, cum praesertim non commentariorum conscribendorum, sed aucto-

Solinus quid sumpserit ex Melae.

Solinus quid adiecerit de suo.

Solinus quid habuerit ex auctoribus deperditis.



rum in margine laudandorum officium mihi sumpsissem, quibuscunque locis Soliniana longius discederent a Plinianis possetque cogitari de alio auctore adhibito, iis apponere notam auctoris ignoti. sed ut demas quaecunque ita in hunc librum illata sunt futilia et vulgaria, restant non pauca omnino petita ex auctore auctoribusve hodie deperditis nequaquam spernenda.

Chronicorum de-  
perditorum frag-  
menta servata  
apud Solinum.

In hisce veris auctorum reliquiis apud unum Solinum servatis maxime enitent laciniae chronicorum optimae aetatis, quorum tamquam indicem proponit tabula subiecta locorum Solinianorum non desumptorum ex Plinio, in quibus extat adnotatio temporis ad chronographorum consuetudinem accommodata \*).

---

\*) Omisimus locos de Alexandro magno nato u. c. 385 M. Fabio Ambusto T. Quintio Capitolino cos. (p. 237, 1) et de Alexandria condita Ol. 112 L. Papirio Sp. f. C. Poetelio C. f. cos. (p. 164, 14), cum hi magis videantur proficisci ab interpolatore et in annis quoque indicandis non parum abhorreant a reliquis in tabula compositis, maxime eo, quod in priore annus numeratur non numeratione Catoniana, sed corrupta, qualis solet inveniri apud auctores aetatis labentis.

<i>post Troiam captam</i>	<i>Olym- piade</i>	<i>ante et post urbem conditam</i>	<i>regnante</i>		
.	.	.	.	inter Ogygum } anni 600 . .	p. 83, 17 cf. 12
2	.	.	.	et Deucalionem }	
4	.	.	.	Aeneas in Italiam advectus . .	p. 38, 3
7	.	.	.	Lavinium conditum . . . . .	p. 38, 1
272	.	anteu. c. 160	Agrippa Silvio Tiberini f.	Aeneas obiit postquam regnavit cum Lavinio a. 3, solus a. 2	p. 38, 8 sq.
.	.	.	.	Homerus . . . . .	p. 187, 6
.	.	.	.	inter Homerum } anni 138 . .	p. 187, 17
408	1	.	.	et Hesiodum }	
.	1	.	.	Olympiacum certamen restitutum	p. 11, 11
433	7, 1 (al. Ol. 6-12)	.	.	ab Iphito	
.	.	.	.	Hesiodus . . . . .	p. 187, 17
.	.	.	.	Roma condita . . . . .	p. 11, 1 sq.
.	.	.	Romulo a. 17	bellum inter Laconas et Argivos	p. 62, 13
.	22	.	.	Thyris	
.	27	.	.	Perdicca primus rex Macedoniae	p. 72, 17
.	29	.	.	Tatius (imo Numa) moritur . .	p. 10, 4
.	31	.	.	Arion victor in certamine Siculo	p. 62, 2
.	33	.	.	Abdera a Clazomeniis restituta	p. 76, 15
.	35	.	.	Lygdamis victor Olympiis pancratio	p. 22, 1
.	41	.	.	Tullus Hostilius moritur . . .	p. 10, 10
.	45	.	.	Ancus Marcius moritur . . . .	p. 10, 13
.	45	.	.	Massilia condita . . . . .	p. 47, 22
586	46	.	Anco Marcio	Cyrenae conditae a Battio . .	p. 140, 11
.	49	.	Tarquinio Prisco	Polymestor Milesius stadio vincit	p. 26, 2
604	49	.	.	Milo floruit . . . . .	p. 23, 1
.	50	.	.	ludi Isthmii restituti . . . . .	p. 64, 1
.	58	.	.	bellum inter Alyatten et Astyagen	p. 95, 21
.	58	.	.	Sibylla Cumana . . . . .	p. 38, 15
.	.	.	.	Orestis ossa inventa Tegeae . .	p. 25, 21
.	.	.	.	Croesus captus Sardibus a Cyro	p. 30, 13
.	.	.	Bruto cos.	Pythagoras advectus in Italiam	p. 85, 4
.	.	u. c. 302	.	decemviri creati . . . . .	p. 12, 5
.	.	u. c. 489	.	bellum Punicum primum . . . .	p. 12, 6
.	.	u. c. 535	.	bellum Punicum secundum . . .	p. 12, 7
.	.	u. c. 604	.	bellum Punicum tertium . . . .	p. 12, 8
.	.	u. c. 662	.	bellum sociale . . . . .	p. 12, 8
.	.	.	M. Antonio P. Do-	Carthago restituta postquam	p. 132, 1
.	.	.	labella cos.	eversa est anno 102	
.	.	u. c. 710	A. Hirtio C. Pansa	Caesar Augustus consul creatus	p. 12, 9
.	207	u. c. 801	cos. C. Pompeio Gallo, Q. Veranio cos.		p. 11, 17

His adiungenda sunt alia non pauca ita comparata, ut licet epochae ibi mentio non fiat, alia originis ex opere chronographico indicia item certissima prae se ferant. eius generis sunt quae Solinus affert de Sibyllis et de populorum in imperio maris successione (p. 38, 14 — 39, 5 cf. p. 54, 3), item insigniora de regibus Romanis (p. 9, 22 — 10, 20) et Macedonum (p. 72, 4 — 74, 2 cf. p. 69, 10), maxime autem quae tradit nec pauca nec sane vulgaria de urbium populorumque originibus ipsius Romae p. 6, 1 — 9, 21. 11, 1 — 12, 3, plurimorum oppidorum Italiae p. 34, 4 — 38, 14. 42, 3 — 13, quorum non nisi minimam partem Plinius suppeditavit, Sardiniae 18, 22 — 19, 4. 50, 12 — 51, 5, Africae 121, 13 — 15. 131, 13 — 132, 17. 140, 11 — 14. 142, 14. 15, inter quae eminet de Carthagine condita restitutaque narratio plena et perfecta, denique similes, sed minus insignes loci de Corsica p. 49, 10 et de Sicilia p. 54, 4 — 8, de Dardanis et Massilia p. 47, 15 — 22, item solitarii quodammodo de Abdera p. 76, 15 — 18, Apamea Phrygiae p. 185, 6 — 8, Tarso et Pompeiopoli Ciliciae p. 179, 19 — 180, 2. 181, 15 — 18. profecta haec esse ex iisdem chronicis, unde sunt loci epocham habentes, inde etiam confirmatur, quod tam de Sibyllis locus quam de Macedoniae regibus, denique urbium complurium origines olympiadem adiectam habent. — Addi poterunt quae de viris litteris claris apud Graecos proponuntur maxime p. 31, 18 — 22. 55, 12 — 16. 83, 11. 184, 19 — 185, 5, nisi quod haec pauca sunt et vulgaria. — Magis exquisitae sunt, quamquam non multae, quae originem produnt ex annalibus Romanis narrationes de expeditione a. 501 (p. 139, 14), de primis praetoribus Siciliae Sardiniaeque (p. 52, 13), de bello Cretico Metelli (p. 25, 24 — 26, 5), quibuscum iungendae sunt dinumerationes temporum p. 12, 4 — 17 factae ad annum urbis conditae ratione Catoniana. — Minus certum est, etsi non prorsus improbabile, ex tali opere chronographico etiam ea venire, quae prodidit Solinus

de anni maxime Romani mutationibus ab antiquissimo tempore ad Caesarem Augustum doctrina nequaquam exili p. 12, 18 sq.

Chronici hi libri bonae aetatis et optimae notae fuerint necesse est, ut quae de eo per Solinum supersunt iure magni faciamus. qua de fragmentorum horum indole et natura ut qui Solinum legent paucis commonefaciamus, res videtur postulare. — Omnino quidquid inde profertur solidam et plenam doctrinam prodit. anni numerantur regum Romanorum CCXLI (p. 12, 1), cum septem regum anni (37+43+32+24+37+42+25) collecti efficiant annos CCXL; quos numeros inter se conciliandos esse per interregnum annum inter Romulum et Numa interpositum iisque contineri antiquissimam huiusce epochae dinumerationem docui in chronologia p. 138 sq., quamquam propter arbitrarias editorum Solini numerorum immutationes de numeris ab eo prolatis tum non potui non falli. notabilis autem quae intercedit discrepantia inter reliquos antiquiores annorum regum Romanorum laterculos et Solinianum ut hunc ad auctorem minime recentem referamus multo magis postulat. — Deinde ubi ab urbe condita annos auctor numerat, numeri sunt Catoniani veri, quales non reperiri solent in chronicis aetatis labentis (v. librum citatum de chronologia p. 130). — Porro cum quaerere de singulis rebus in chronicorum fragmentis traditis non sit huius loci, velim tamen comparentur quae Solinus affert in ipso libri principio de urbis Romae nomine cum iis quae habent Servius (ad Aen. 1, 273) et Festus (p. 266 v. Romam coll. p. 220 v. Palatium), citantes inter alios eos ipsos auctores quos citat Solinus Agathoclem rerum Cyzicenarum scriptorem et Heraclidem Lembum Oxyrhynchium sane ne apud Graecos quidem pervulgatos. item quem ponit annum Carthagini conditae p. 132, 11 omnino non differt ab eo, quem in suis chronicis repperit Velleius 1, 12, 5. denique quae de Polycle fabulatur p. 34, 9 a Rothio

Chronicorum  
Solinianorum  
utilitas.



probabiliter revocata sunt ad Dionysii Halicarnassensis de *πολιτεία* quadam narrationem a Solino auctoreve eius male intellectam. vel sic constabit, id quod quo magis res diligenter expendentur, eo magis confirmatum iri persuasum habeo, hunc rivulum turbidum quidem et exilem tamen derivari ex vasto flumine doctrinae aetatis Augustae versarique nos hic in media eruditione Varroniana Verrianaque. — Denique idem apparet ex recensu eorum auctorum, qui in Solinianis illis operis chronographici reliquiis citantur. sunt autem hi: Graeci *Agathocles* (Müller fragm. hist. 4, 290) p. 6, 12; *Apollodorus* p. 11, 3; *Eratosthenes* p. 11, 3; *Heraclides* (Müller 3, 167) p. 6, 8; *Silenus* (Müller 3, 100) p. 9, 1; *Zenodotus* (Müller 4, 531) p. 36, 3. item Latini *M. Antonius* p. 37, 10; *Bocchus* p. 27, 3. 37, 8. 38, 22; *M. Cato* 'in oratione senatoria' p. 132, 5, opere non indicato p. 33, 12. 35, 9; *Cincius* p. 11, 1; *C. Coelius* p. 42, 6; *Cosconius* p. 38, 1; *Gellius* p. 7, 13; *Hemina* p. 37, 3. 38, 4; *Lutatius* p. 11, 2; *Nepos* p. 11, 2; *Pictor* p. 11, 2; *Pomponius Atticus* p. 11, 4; *Sextius* p. 35, 10; *L. Tarruntius* p. 9, 16; *M. Tullius* p. 11, 4; *Varro* p. 9, 7, quibus adde si placet *Praenestinos libros* p. 36, 4. quorum ut et Graecos mittamus et eos, de quibus aliunde non constat: *M. Antonium* (quem Servius ad Aen. 12, 753 citat per Solinum opinor), fortasse Gniphonem; *C. Coelium*, diversum omnino a notissimo scriptore *L. Coelio Antipatro*, fortasse eundem quem citant Strabo 5, 3, 3 p. 230 et Servius ad Aen. 10, 145; *Cosconium*, qui vix potest fuisse citatus a Varrone 6, 36. 89; *Sextium* distinguendum a philosophis Sextiis sectae Pythagoricae; *Bocchum* denique, de quo mox dicetur, restant rerum scriptores aetatis liberae rei publicae probatissimi quique *Pictor*, *Cincius* sive verus sive simulatus, *Cato*, *Hemina*, *Gellius*, *Lutatius* (cf. C. I. L. 1 p. 389), item recentiores *Varro* *Cicero* *Tarruntius* (v. chronol. meam p. 146) *Atticus* *Nepos*: nec quisquam laudatur quem post Nepotem vixisse constet. quocum optime convenit non solum quod res quae afferuntur descendent fere ad Augustum, sed maxime

Auctores a chronorum Solinianorum scriptore adhibiti.

quod loco insigni p. 11, 17 traditur anno u. c. secundum Catonem 801, id est p. Chr. 49, actis publicis adnotatam esse olympiadem ccvii. quem annum potissimum cur chronographus posuerit nulla causa apparet, cum praesertim ludi saeculares celebrati essent biennio ante p. Chr. 47, nisi ponas eum eo fere tempore librum edidisse. quae de chronicorum horum aetate opinatio ita omnibus numeris satisfacit, ut equidem non dubitem edita ea esse imperante Claudio. nec fortasse ipsum auctoris nomen apud Solinum desideratur. nam cum appareat ex scriptoribus qui ab eo laudantur in chronographicis certorum quos supra recensui nullum ipsorum chronicorum auctorem haberi posse nec magis quae de incertis quatuor primis afferuntur ullam eiusmodi suspicionem moveant, longe diversa est ratio Bocchi. is enim non solum citatur ter, cum sit omnium minime illustris, sed citatur etiam non tam ad rem aliquam a paucis traditam vel controversam probandam quam de rebus apud chronographos omnes relatis et fere tralaticiiis, ut sunt aetas Sibyllae Delphicae p. 38, 22 et Polymestor Olympionica p. 27, 3. Bocchus autem hic Solinianus haud scio an sit Cornelius Bocchus is, quem inter auctores Latinos recenset Plinius in indicibus l. 16. 33. 34. 37 quemque citat cum propter gemmas quasdam Hispanicas omnes (37, 24. 97. 127) tum ad originem Sagunti declarandam conditi secundum Bocchum a Zacynthiis anno cc ante excidium Troiae (16, 216). haec adnotatio licet mire conveniat cum Solinianis, tamen Bocchi apud Plinium relata cum omnia pertineant ad Hispaniam neque omnia locum habere potuerint in opere chronographico, magis putarim Plinium eiusdem viri libro diverso fortasse de admirandis Hispaniae usum esse. — Hoc denique facile apparet chronicorum auctorem scripsisse Latine hominibusque urbanis, cum locorum indicationi vel praecipuam et tanquam exegetae curam impendat et ubi aedificium antiquum commemorat addere soleat, quid pro eo eodem loco nunc sit (v. p. 7, 8 — 10, 20).

Chronica Soliniana edita imperante Claudio.

Chronicorum Solinianorum auctor Bocchus.

Chorographia  
deperdita adhi-  
bita a Solino.

Quamquam autem eorum quae leguntur apud Solinum non petita ex Plinio Melave pleraque et eximia fere omnia ex chronicis illis de quibus diximus oriunda videntur esse, tamen collectaneorum auctor quartum praeterea librum adhibuerit necesse est, nimirum chorographiam aliquam, in qua orbis terrarum variaque in eo mira percenserentur: cuius generis exempla suppeditabunt Sicula p. 53, 1 — 20. 55, 17 — 58, 22. 59, 19. 20; Cretensia p. 80, 10 — 14. 81, 3 — 82, 6. 12. 13; Britannica fere universa p. 112 — 115. haec ita solent comparata esse, ut de finibus uniuscuiusque terrae vulgaria tradantur, curatius tractentur naturae miracula eaque quae cum mythologia coniuncta sunt, ut exempli causa Ulixis vestigiaprehenduntur in Caledonia (p. 112, 11) et Olisipone (p. 116, 9), in Orestide enarratur fuga Orestis (p. 70, 14 — 22), Icosium Mauretaniae constitutum esse narratur ab Herculis comitibus viginti (p. 128, 7 — 11). Euhemerismi indicium prae se fert iudicium de Amphione p. 65, 10 aliaque. denique eodem referemus physica pauca de mundi natura p. 169, 3. 4. 174, 18 — 175, 2, maxime de mundi natali p. 157, 21. 22. 163, 20 — 164, 5 annoque magno p. 168, 4 — 6. — In hac operis parte etsi plura leguntur vulgaria et contemnenda, tamen non desunt, quae rerum accuratam notitiam prodant, ut exempli causa quae produntur de vocabulis Cretico p. 81, 17 et Syriaco p. 180, 8, item quae narrantur de Sardinia p. 50, 9 sq. comparata cum Sallustianis (hist. fr. 2, 2 Dietsch.). — Auctores in fragmentis his chorographicis consentaneum est citari longe rarius quam in chronographicis; citantur autem duo soli Varro et Granius Licinianus, et ille quidem quinquies, semel adiecto libri titulo *de litoralibus* p. 81, 13, quater simpliciter p. 63, 8. 66, 11. 130, 21. 165, 13, qui quattuor loci versantur omnes in fontium fluminum marium nominibus et miraculis enarrandis videnturque omnino ex eodem opere desumpti esse omnes. nec diversum fuit, id quod multi iam observarunt (v. Ritscheli in egre-

Varronis de lito-  
ralibus librorum  
apud Solinum  
fragmenta.

gio commentario de litteratura Varroniana mus. Rhen. 6, 534), opus illud *de litoralibus* ab eo, quod sub titulo Varronis *de ora maritima* Servius laudat (in Aen. 1, 108. 111. 5, 19. 8, 710), duos id pluresve libros comprehendisse significans, quorum aliquem fuisse conicias librum *de aestuariis* citatum ab ipso Varrone (9, 26). aliis denique nec paucis huius ordinis locis Varroniana proferri sine nomine auctoris consentaneum est. — De Granio Liciniano autem infra dicetur.

Restant denique apud Solinum originis incertae alia minora fere et ita comparata, ut cum narratio ipsa aperte ex Plinio Melave pendeat, tamen apud Solinum quaedam inveniantur, quae non leguntur apud illos neque addi potuerunt, nisi ab homine sane erudito cuique ad partem certe earum copiarum quibus ipsi usi sunt Plinius et Mela, non minus aditus pateret. de quibus ita disputabitur, ut simul complectamur totam quaestionem de eorum, quae Plinianis adiecta inveniuntur apud Solinum, ratione et origine. quo referendae sunt primum iis, quae Plinius Melave referunt sine auctore, adscriptae auctoritates *Archelai* regis p. 206, 16; *Crispi* p. 50, 10; *Democriti* physici p. 17, 9. cf. p. 50, 5; *Homeri* p. 68, 1. 69, 1; *Iubae* regis p. 133, 17. 206, 17; *Metrodori* p. 45, 11; *Theophrasti* p. 97, 18; *Zoroastris* p. 45, 9. 177, 10. quamquam verum est haec aut omnia aut pleraque admodum suspecta esse et conturbata. nam ut Punicos libros p. 155, 3 constat non alios esse quam ipsius Iubae regis simul citatos, ita non magnam fidem habebimus Solino p. 133, 17 ea quae Plinius scribit se audivisse referenti ex eodem Iuba, vel Theophrastum citanti de ea re quae nec dixit is nec facile dicere potuit, nec pro Plinii Myrsilo Crispum laudanti, quamquam huius loci similia vere videtur Sallustius posuisse in historiis. Metrodori porro allegatio etsi per se suspicione caret, tamen quid vetat in tali auctore cogitare de confusione, cum Plinius in libro de gemmis Metrodorum saepenumero citarit? reliqua denique aut facillime similiter explicantur aut vulgaria

Soliniana reliqua non Pliniana: item quo consilio additamenta haec non Pliniana Plinianis interposita sint, quaeritur.

B\*

sunt. — Aliis locis item adscripta repperiuntur praenomina a Plinio omissa: ut p. 23, 21 Cn. Pompeio et C. Vibio; p. 23, 24 M. Messallae; p. 32, 24 M. Fulvio Flacco (qui tamen Plinii auctori Valerio Maximo 8, 15, 12 dicitur Quintus, ut Valerius de consule a. 517, Solinus Solinive auctor de patre eius consule a. 490 cogitasse videatur); p. 129, 3 L. Domitio Ahenobarbo. alibi tempus definitur, ut Metrodorus p. 30, 2 dicitur vixisse temporibus Diogenis cynici confundente scilicet scriptore Metrodorus Scepsium et Atheniensem (v. Salmas. p. 36): item ad narrationem de Orestis ossibus inventis p. 25, 20 olympias adiecta est. Denique aliis locis quae Plinius breviter indicarat explicantur augmenturve: ita Deli nominibus a Plinio simpliciter relatis apud Solinum p. 83, 20 subicitur Asteriam insulam dici a cultu Apollinis, Lagiam et Cynethonem a venatibus. ita p. 140, 8 Plinio inferente Tritoniam paludem Pallantian appellari Calimacho Solinus narrat Minervam in ea se speculatam esse. denique cum Plinius 4, 16 sic scribat de agro Laconico: *oppida Taenarum, Amyclae, Pherae, Leuctra: et intus Sparta, Therapnae, atque ubi fuere Cardamyle, Pitane, Anthia, locus Thyreae, Gerania, mons Taygetus, amnis Eurotas*, eadem plane oppida recensentur apud Solinum p. 62, 4—16, nisi quod omittuntur Pherae et Gerania, eodemque fere ordine, transpositis tantummodo Leuctris et Cardamyle: sed nudis nominibus Plinii adduntur res memoratu dignae memoranturque ad Amyclas causa interitus silentium, ad Leuctra pugna, ad Spartam aedis Castorum aliaque, ad Therapnen Diana, ad Pitanen Arcesilas ibi natus, ad Thyreas pugna inter Laconas et Argivos. similem rationem inter Pliniana et Soliniana persequi licet usque ad p. 63, 7. — Quae qui probe expenderit, simul universam Soliniani operis naturam et originem tenebit. pendet quidem collectanea tota a Plinio nec solum materiam inde pleramque traxerunt sed etiam quodammodo operis formam: at exhibent Pliniana non qualia primum

Plinii naturae  
historia ad cho-  
rographiae for-  
mam redacta et  
aucta.

prodierunt qualiaque nos ea legimus, sed aucta subinde maxime ex chronicis illis libris, deinde ex Mela alteraque deperdita cosmographia. ita factum est, ut ea quoque Soliniana, quae non leguntur apud Plinium, tamen inter Pliniana repperiantur sic inserta, ut eodem nexu et quasi eodem spiritu contineantur (vide inter alia multa p. 19, 12 — 14. 21, 20 — 22, 4), denique etiam in iis, quae non petita sunt ex Plinio quem habemus, tamen plerumque statim appareat, cui loco Pliniano additamentum de quo agitur olim adiectum fuerit. veniunt autem ab hac Plinii recognitione non tantum additamenta de quibus proxime egimus minora, sed etiam sumpta ex Mela quaeque superius ex operibus chronographico et chorographico deperditis repetivimus. — Apparet praeterea Plinianum illum velut continuatorem taedio opinor laboris oppressum non pervenisse ad eum quem sibi proposuerat finem. nam cum opus ita instituisset, ut geographicis maximam partem ex Plinio sumptis insereret suis locis excerpta selecta ex Plinianis libris reliquis aliisque auctoribus, et in Plinio substitit post librum undecimum, qui est de arboribus externis, omissis reliquis excepto ultimo de gemmis, et Mela non usus est post p. 206, 17, chorographia altera uti desiit p. 208, 15, denique opus chronographicum cum initio in parte quae est de Roma et Italia insulisque Italicis, item in enarranda Graecia et Macedonia assidue compilavisset et origines urbium regumque ordines staminibus suis non indiligenter intexuisset, a capite fere decimo reposuit nec nisi raris locis postea inspexit. ita evenit, ut opus licet non formosum superne, tamen non plane contemnendum, in piscem desinat maenis potius quam nullis adnumerandum.

Extitit igitur post Plinium, qui eius naturae historiam ad chorographiae formam redigeret et ita redactam excerptis aliorum auctorum chorographorum et chronographorum ampliaret. hoc ut indagemus superest, utrum Plinianam hanc chorographiam integram teneamus an qui

Chorographiae  
Plinianae epitomas  
fecisse Solinum.

extat Solini libellus eius tantummodo sit epitome. hoc ut statuamus, suadet sane universa Soliniani libelli condicio. nam qui Plinium ita auxit homo non indiligens, quamquam non eadem diligentia per universum operis decursum usus, et multae lectionis, cur idem tam multa a Plinio relata sustulerit vix intellegitur. denique mira inaequalitas libelli modo minima ponentis, modo maxima negligentis epitomen ni fallor tanquam digito monstrat. sed non opus est coniecturis, cum adsint probationes certae, licet adhuc non satis intellectae, unde efficias eum librum, quem nos habemus inscriptum Solini nomine, olim extitisse forma longe maiore et ampliore. — Notum est reperiri apud Appuleium in floridis (2, 12) locum de psittaco Pliniani (10, 117. 119.) et Soliniani (p. 211, 18 — 212, 13) omnino simillimum. de qua similitudine ut facilius iudicetur, tres locos omnes composuimus ad ordinem Plinianum, reliquorum auctorum ordine indicato numeris adscriptis.

Ex chorographia Pliniana excerpta apud Appuleium.

## PLINIUS:

## APPVLEIVS:

## SOLINVS:

India hanc avem mittit, psittacem vocat

<sup>1)</sup> Psittacus avis Indiae  
.....

<sup>1)</sup> Sola India mittit avem psittacum

viridem toto corpore

<sup>2)</sup> color psittaco viridis  
.....

<sup>2)</sup> colore viridem

torque tantum miniato in cervice distinctam.

<sup>3)</sup> sola cervice distinguitur  
... cervicula eius circulo mineo velut aurea torqui ... cingitur.

<sup>3)</sup> torque puniceo.

capiti eius duritia eadem quae rostro.

<sup>4)</sup> ... capitis eadem duritia quae rostri.

<sup>4)</sup> caput .. tam valens,

hoc, cum loqui discit, ferro verberatur radio: non sentit aliter ictus.

<sup>5)</sup> cum sermonem nostrum cogitur aemulari, ferrea clavicula caput tunditur, imperium magistri ut persentiscat ....

<sup>5)</sup> ut, si quando ad discendum plagis sit admonendus (nam studet ut quod homines loquatur), ferrea clavicula sit verberandus.

cum devolat, rostro se excipit, illi innititur levio-remque ita se pedum infirmitati facit.

<sup>6)</sup> rostri prima duritia: cum in petram quampiam concitus altissimo volatu praecipitat, rostro se velut ancora excipit.

<sup>6)</sup> rostri tanta duritia est, ut cum e sublimi praecipitat in saxum, nisu se oris excipiat et quodam quasi fundamento utatur extraordinariae firmitatis.

## PLINIVS:

## APPVLEIVS:

## SOLINVS:

.....<sup>6)</sup> verum ad disciplinam  
verbum addiscere (picas) humani sermonis facilior  
negant posse quam quae ex est psittacus glande qui  
genere earum sunt quae vescitur  
glande vescantur

et inter eas facilius quibus<sup>9)</sup> et cuius in pedibus ut  
quini sint digiti in pedi- hominis quini digituli nu-  
bus merantur.

ac ne eas quidem ipsas  
nisi primis duobus vitae  
annis.

latior his est lingua.

<sup>7)</sup> discit autem statim *pul-*  
*lus* usque ad duos aetatis  
suae annos, dum facile os  
uti conformetur, dum te-  
nera lingua uti convibre-  
tur; senex autem captus *et*  
*indocilis est et obliviosus.*

<sup>10)</sup> *lingua latior quam cete-*  
*ris avibus: eo facilius verba*  
*hominum articulant.*

<sup>8)</sup> inter nobiles et ignobi-  
les (psittacos) discretionem  
digitorum facit numerus:  
qui praestant, quinos in  
pedes habent digitos, ce-  
teri ternos.

<sup>7)</sup> dum *in pullo* (*al.* pullus)  
est atque adeo intra alte-  
rum aetatis suae annum,  
quae monstrata sunt et ci-  
tius discit et retinet tena-  
cius: paulo senior *et obli-*  
*viosus est et indocilis.*

<sup>9)</sup> *lingua lata multo*que  
*latior quam ceteris avibus:*  
unde perficitur, ut *arti-*  
*culata verba* penitus elo-  
quatur.

Appuleius et Solinus cum pendeant uterque ex solo Plinio, tamen mire inter se consentiunt non solum in locutionibus, quae absunt a Plinio, et in enuntiatorum ordine diverso a Pliniano, sed etiam quae de picis Plinius scribit pari errore referunt ad eos de quibus proxime Plinius egit psittacos, ut aut alter alterum expilaret necesse sit aut ambo communem auctorem qui nunc non extat. iam vero Appuleius auctor aetatis Antoniniana quominus pendeat a Solino, impedit cum Soliniani libri universa indoles sermoque ab secundo saeculo nimium quantum abhorrens, tum quod plenior est narratio Appuleiana quam Soliniana, a qua abest caput Appuleianum quod supra fecimus octavum. contra Solinum haec adscivisse ex Appuleio censuit Salmasius (p. 713) non magis probabiliter: nam cum per totum librum Solinus Plinio se manciparit totusque sit in eo ita ampli-



ficando et ita perturbando, ut caput de psittacis picisque amplificatum et perturbatum esse modo vidimus, denique locus de psittaco extet apud eum inter solita excerpta Pliniana et in ea quidem operis parte, quae Pliniana tota est, hunc de psittaco locum Solinum petiit ivisse ab Appuleio, quem praeterea attigit nusquam, nonne prodigiosum est vel potius ineptum? accedunt vestigia paullo obscuriora, sed non minus certa, maxime in capitibus quae nos fecimus Solini primum et quartum, locutionum Plinianarum ibi retentorum a Solino, ubi eas mutavit Appuleius. quare cum harum opinionum neutra probari possit, non restat nisi tertia pendere tam Appuleium quam Solinum ab auctore hodie deperdito Plinii et epitomatore et amplificatore.

Ex chorographia Pliniana excerpta apud Ammianum.

Idem plane dicendum est de Ammiano scriptore saeculi quarti exeuntis, quem hodie solent recensere inter Solini expilatores parum considerate. vera ratio ut perspiciatur, subiecimus locum Ammiani 31, 2, 14. 15 quaeque ei respondent cum apud Solinum p. 92, 6 sq. tum apud Melam Pliniumque. agit Ammianus de Neuris Budinis Gelonis Agathyrsis Melanchlaenis Anthropophagis magnoque post hos deserto: idem ordo est apud Solinum, nisi quod omittit hic Budinos et Melanchlaenas: iidem denique populi nominantur alii apud Plinium (qui etiam Budinorum meminit 6, 88) alii apud Melam (apud quem mentio fit Melanchlaenarum 2, 1, 13), sed ordine diverso.

MELA 2, 1, 13:

Geloni hostium cutibus equos seque velant, illos reliqui corporis, se capitum.

PLINIVS:

Geloni perquam feri, qui detractis peremptorum hostium cutibus indumenta sibi equisque tegmina conficiunt, bellatrix gens.

AMMIANVS:

SOLINVS:

Geloni ad hos proximi. de hostium cutibus et sibi indumenta faciunt et equis suis tegmina.

MELA 2, 1, 10:

Agathyrsi ora artusque pingunt: ut quisque maioribus praestat, ita magis aut mi-

Gelonis Agathyrsi conlimitantur interstincti colore caeruleo corpora simul et crines, et humiles quidem

Gelonis Agathyrsi conlimitantur caerulo picti, fucatis in caerulum crinibus, nec hoc sine differentia: nam

## MELA:

nus, ceterum  
iisdem omnes  
notis et sic,  
ut abluī ne-  
queant.

## MELA 2, 1, 13:

apud Anthro-  
pophagos ip-  
sae etiam epu-  
lae visceribus  
humanis ap-  
parantur.

## PLINIVS 6, 53:

Anthropophagi Scy-  
thae insident huma-  
nis corporibus ves-  
centes.

## PLINIVS 6, 53:

ideo iuxta vastae so-  
litudines . . .

## PLINIVS 6, 53 — 54:

. . . deserta cum belvis  
usque ad iugum in-  
cubans mari quod vo-  
cant Tabim. nec ante  
dimidiam ferme lon-  
gitudinem eius orae  
quae spectat aesti-  
vum orientem inha-  
bitatur illa regio.  
primi sunt hominum  
qui noscantur Seres.

## AMMIANVS:

minutis atque raris, nobi-  
les vero latis fucatis et den-  
sioribus notis.

post hos Melanchlaenas et  
Anthropophagos palari ac-  
cepimus per diversa, huma-  
nis corporibus victitantes.

quibus ob haec alimenta  
nefanda desertis finitimi  
omnes longa petiere ter-  
rarum.

ideoque plaga omnis orienti  
aestivo obiecta, usque dum  
venitur ad Seras, inhabita-  
bilis mansit.

## SOLINVS:

quanto quis anteit, tant  
propensiore nota tinguitur  
ut sit indicium humilitatis  
minus pingi.

post Anthropophagi, qui-  
bus execrandi cibi sunt hu-  
mana viscera.

quem morem impiae gentis  
adiacentium terrarum prodiit  
tristissima solitudo, quas  
ob nefarium ritum finitimae  
nationes profugae relique-  
runt.

ea causa est, ut usque ad  
mare quod Tabin vocant  
per longitudinem eius orae,  
quae aestivo orienti obia-  
cet, sine homine terra sit  
et immensa deserta, quoad  
perveniat ad Seras.

Adnotationes pleraeque Ammiani et Solini cum paene  
ad verbum consentiant, tamen apparet alia Ammiano,  
alia Solino propria esse: denique quae de Neuris uter-  
que tradit, plane diversa sunt. patet igitur neque a  
Solino pendere Ammianum neque Ammianum a Solino,  
sed tam hunc quam illum petisse haec ex commentario  
deperdito, qui Plinium Melamque iam ita fere exhibuerit  
contaminatos, ut apparent apud Solinum eumque fere  
rerum ordinem constituerit, quem tam Ammianus quam  
Solinus presse secuti sunt. — Addam ex multis alium

locum, unde idem perspiciatur in Ammianis his Solinianisque eiusdem libri duas epitomas superesse inter se diversas:

PLINIVS 9, 107—116:

has (conchas) ubi genitalis anni stimularit hora, pandentes se quadam oscitatione impleri roscido conceptu tradunt,

gravidas postea niti partumque concharum esse margaritas pro qualitate roris accepti:

si purus influxerit, candorem conspici,

si vero turbidus, et fetum sordescere: eundem pallere caelo minante conceptum.

ex eo quippe constare caeli quietis maiorem societatem esse quam maris,

inde nubilum trahi colorem aut pro claritate matutina serenum.

AMMIANVS 23, 6, 85—88:

margaritae repperiuntur in testis marinis robustis et candidis permistione roris anni tempore praestituto conceptae. cupientes enim velut coitum quandam humores ex lunari adspergine capiunt densius oscitando.

exindeque gravidulae edunt minutas binas aut ternas, vel uniones ideo sic appellatas, quod evisceratae conchulae singulas aliquotiens pariunt, sed maiores.

idque indicium est aetherea potius derivatione, quam saginis pelagi hos oriri fetus et vesci,

quod guttae matutini roris iisdem infusae claros efficiunt lapillos et teretes, vespertini vero flexuosos contra et rutilos et maculosos interdum.

SOLINVS 53, 23—28:

conchae sunt, in quibus hoc genus lapidum (margaritae) requiritur, quae certo anni tempore luxuriante conceptu sitiunt rorem velut maritum, cuius desiderio hiant: et cum maxime lunares liquuntur aspergines, oscitatione quadam hauriunt humorem cupitum.

sic concipiunt gravaeque fiunt.

de saginae qualitate reddunt habitus unionum:

nam si purum fuerit, quod acceperint, candicant orbiculi lapillorum,

si turbidum, aut pallore languent aut rufo innubilantur.

ita magis de caelo quam de mari partus habent.

denique quotiens excipiunt matutini aëris sōmen, fit clarior margarita, quotiens vespere, fit obscurior

## PLINIVS:

si tempestive satientur, grandescere et partus.

si fulguret, comprimi conchas ac pro ieiunii modo minui, si vero etiam tonnerit, pavidas ac repente compressas quae vocant physemata efficere, specie modo inani inflatas sine corpore: hos esse concharum abortus.

*Post alia:*

concha ipsa cum manum videt comprimit sese . . . . . inter scopulos maior pars invenitur, in alto quoque comitantur marinis canibus.

*Post alia:*

in Britannia parvos atque decolores nasci certum est.

## AMMIANVS:

minima autem vel magna pro qualitate haustum figurantur casibus variatis.

concussae vero saepissime metu fulgurum inanescunt aut debilia pariunt aut certe vitiis diffluunt abortivis.

capturas autem difficiles . . . . . illa efficit ratio, quod frequentari sueta litora propter piscantium insidias declinantes, ut quidam coniciunt, circa devios scopulos et marinorum canum receptacula delitescunt.

quod genus gemmae etiam in Britannici secessibus maris gigni legique, licet dignitate dispari, non ignoramus.

## SOLINVS:

quantoque magis hauserit, tanto magis proficit lapidum magnitudo.

si repente micaverit coruscatio, intempestivo metu comprimuntur clausaeque subita fermidine vitia contrahunt abortiva, aut enim perparvuli fiunt scrupuli aut inanes.

*Post alia:*

piscantium insidias timent conchae: unde est, ut aut inter scopulos aut inter marinos canes plurimum delitescant.

*Post alia:*

dat et India margaritas, dat et litus Britannicum.

Etiam de Nilo mirabilia apud utrumque relata (Amm. 22, 15, 3—13; Solin. 32, 1—16) qui inter se contulerit, item repperiet pendere utrumque a Plinio, sed ita, ut Ammianus habeat a Solino praetermissa, ut mentionem etesiarum (Amm. § 7 = Pl. 5, 54), nomina septem ostiorum (Amm. § 10 = Pl. 5, 64), denique Nilum non *fluere*, sed *ruere* Plinii § 54 totidem verbis repetere Ammianum § 9, cum apud Solinum § 7 sit *ruere* Nilum potius quam *manare*. cf. item Amm. § 12, Pl. § 57, Sol. § 12. 13. nec magis rarus est in his consensus inter Ammianum et Solinum etiam in iis quae non habet aliterve habet Plinius: ita Ammianus § 8 et Solinus § 2

praeter Iubam Punicos libros citant, quorum non meminit Plinius: ita *controversi spiritus* sunt tam apud Ammianum § 7 quam apud Solinum § 10 non petiti ex Plinio. — Denique reliqua quoque Soliniana et Ammiana qui inter se compararit, eandem ubivis inter ea rationem intercedere deprehendet.

Chorographiam  
Plinianam edi-  
tam videri impe-  
raute Hadriano  
Piove.

De Granio Lici-  
niano.

Quare cum Solini librum ipsum supra viderimus non antiquiorem esse saeculo tertio, nunc addendum est ipsum opus, quod in breve contraxit quodque chorographiam Plinianam nuncupavimus, iam in hominum manibus fuisse aetate Antoniniana teste Appuleio eius aetatis scriptore. scripta autem est chorographia ea non ante Hadrianum, cum inter auctores quos laudat inveniatur Granus Licinianus bis citatus nomine Granii p. 44, 18, Liciniani p. 37, 12, iam ex ignobili celebratus propter historiarum reliquias nuper litteris restitutas. cuius de aetate operibusque quaestio admodum perplexa cum hoc loco retractari non debeat, tantum breviter significabimus deprehensa esse in Liciniani reliquiis Londinensibus certa aetatis aut Hadrianae aut Hadriano posterioris indicia, maxime Olympiei quod fuit Athenis ab Hadriano absoluti significationem non obscuram: mihi autem et Granios Licinianum et Flaccum diversos videri nec interpolatum Liciniani opus ab auctore aetatis posterioris. quae si vera sunt, inde colligemus Plinianam chorographiam, quam in compendium redegit Solinus, conscriptam esse saeculo secundo imperante Hadriano aut Antonino Pio. — Auctor libri quem breviavit si quidem nomine laudatur a Solino, non potest esse nisi ipse Licinianus: nulla tamen causa fuit, cur nomen poneret. eodem iure et fortasse meliore coniciat quis chorographiam illam alteram deperditam una cum Pomponiana ab auctore huius libri adhibitam ad Plinium augendum fuisse Liciniani, utpote qui in reliquiis eius operis praeter Varronem solus citetur (p. xviii). sed de ea quoque coniectura dicendum erit non satis apparere, cur Solinus, qui nec Melam nec ipsum Plinium usquam verbo

memoret, alterius operis chorographici auctorem ponere debuerit nec tales rationes, quales de Boccho supra attulimus, praesto esse de Liciniano. — Sed mittamus haec: omnino enim quaestio de chorographia illa Pliniana huius nostrae opellae terminos excedit. nam ei ut satisfiat, ante omnia diligenter circumspiciendum erit, quid ex illo opere multum sane lectitato a saeculo inde secundo praeter Solinum alii auctores servarint: nec quaestio ea cohibenda erit intra Appuleium et Ammianum. Macrobius cum inter Solini expilatores rettulit Bernhardus, hoc tantum testatum voluit ne Vossius quidem suum legisse se, nedum Macrobius: sed disputationem de anno Romano, qualis legitur tam apud Solinum quam apud Censorinum in libro edito a. p. Chr. 238 et Macrobius scriptorem saeculi quinti, post alios ego docui (in chronol. p. 19) ita comparatam esse, ut tres quos habemus enarratores pendeant ab auctore communi: quem quominus statuamus fuisse eum qui Plinium ad chorographiae formam recensuit aetate Hadriana nihil videtur ob stare. nam ad Varronem quidem semper ea res redibit tanquam auctorum auctorem: nec tamen crediderim Censorinum Solinum Macrobius ipsos legisse Varronis volumina supra suae aetatis modulum docta. — Denique de quibus per hos annos saepe disputaverunt critici Pliniani additamenta vetusta ad septimum potissimum Plinii librum (7. 55. 73. 74. 91. 122. 123), re magna certe ex parte Plinianis nullo modo inferiora, sed in uno tantum alterove codice, maxime in Vesontino Chiffleti neque ibi nisi ad marginem reperta, proclive est repetere ab illa tanquam altera eaque aucta Plinii editione, cum praesertim qui hanc curavit eum librum Plinii de homine sedulo retractasse etiam ex Solino constet.

Chorographiam  
Plinianam qui-  
nam praeterea  
usurparint.

Sed redeamus ad Solinum. ad quem quae pertinent ex antiqua aetate ut absolvamus, restat, ut pauca addamus de iis qui eum ipsum, non auctorem eius expilarunt. constat autem Solini librum talem fere, qualem

De auctoribus  
antiquis Solini  
expilatoribus.

hodie habemus, lectum esse et expilatum a quinque auctoribus Augustino Capella Prisciano Servio Isidoro\*). Misso autem *Servio*, qui paucissima tantum et sub Solini fere nomine inde videtur in suum librum transtulisse, videamus de quattuor reliquis. et *Priscianus* quidem in institutionibus grammaticis scriptis saeculo vi ineunte pluribus locis diserte citat Solinum: praeterea periegesi Dionysianae Latine a se versae (nam de auctore satis constat) quae adiecit, paucissimis exceptis (v. 185—187 de Didone; v. 556 de Proconeso; v. 772 de Byzantio) omnia petiit ex Solino. — Similiter *Isidorus* Hispalensis († c. 636) in libro de natura rerum Solinum citat nominatim. eundem in etymologiis etsi ex operis instituto auctores non adscribit, tamen multis locis pendere ex Solino cum propter alia argumenta certum est tum quod interdum ita erravit, ut ipsa Solini verba ante oculos eum habuisse pateat. sic 14, 3, 32 ex Solini loco p. 96, 11: *Heniochorum montes Araxen, Moschorum Phasidem fundunt* haec effecit: *habet et flumina magna Oscorum Phasidem atque Araxen*; quem errorem Isidorus, si hoc loco Solini auctorem Plinium neque ipsum Solinum secutus esset, nequaquam commisisset. adhibuit tamen Isidorus praeter Solinum etiam ipsum Plinium et saepe ita, ut in eodem capite miscuerit Pliniana et Soliniana. — Eadem fere ratione *Marcianus* Capella. *Capella* auctor aetatis incertae, nisi quod constat eum scripsisse ante a. 498 (cf. Rossi inscr. christ. U. R. I p. 476), commentariorum suorum sextum ita concinnavit, ut modo Plinium, modo Solinum, initio magis illum, in fine

\*) Doctores ecclesiasticos Hieronymum Ambrosium Augustinum iisdem fere verbis saepe mutuatos esse sententias Solini in vita eius editioni (Viennae 1520) praemissa scribit Iohannes Camers; meminisse Solini ex patribus Hieronymum Ambrosium Augustinum posuit Camertem opinor secutus Ger. Io. Vossius (de hist. lat. l. III s. v.), quem deinde Fabricius aliique exscripserunt. certos vero locos Hieronymi Ambrosiive ex Solino desumptos cum nemo demonstrarit, ego quoque nullos novi neque fateor multum quaesivi.

hunc potius expilaret neque praeter hos in hac quidem operis parte auctorem alium adhiberet: qua de re in universum recte nuper exposuit Frid. Lüdecke (de Marciani. Capellae libro sexto. Gottingae 1862 p. 13 sq.). nec desunt apud Capellam errores ex ipsius Solini verbis male lectis explicandi. ita cum Solinus p. 229, 7 scripsisset: *habitari etiam addit Aethiopiae adusta Trogodytarum et Ichthyophagorum nationibus*, Capella 6, 702 *abdit* legens pro eo quod est *addit* vel *addita* (hoc enim habent libri plerique) inde fecit: *habitantur etiam abdita Aethiopiae et adusta Trogodytarum et Ichthyophagorum gentibus*, sicut observavit Lüdecke (l. c. p. 31). item p. 231, 2 cum scripsisset Solinus: *tertia* (insula) *huic proximat eodem nomine*, quae respondent Plinianis 6, 204: *ab ea in vicino eodem nomina minorem*, Capella 6, 702 male iungens *proxima teodem nomine* sic locum expressit: *tertia Teode*, sicut observavit Salmasius (exerc. Plin. p. 927 B) et breviter nos supra iam tetigimus. — Denique Augustinus in commentariis de civitate dei saeculo quinto ineunte editis similiter coniunctos adhibuit Plinium Solinumque. nam quae rettulit duobus locis ex *gentium historia* (16, 8, 1. 21, 6, 1) seu *curiosiore historia* (16, 8, 1; cf. 21, 7 extr.) sive *historia non factorum et transactorum, sed manentium locorum* (21, 5, 2), eorum quae priore loco (16, 8, 1) leguntur, aperte descripta sunt ex Plinii naturae historiae libro septimo (§ 15—30) ita, ut saepe ipsa verba Plinii retineantur, cum Solinus eadem aut non habeat (ut locum de androgynis) aut aliter referat (ut locum de Monocolis p. 208, 2 aliaque): contra quae secundo loco (21, 5, 1) referuntur, ea vel in ipso rerum ordine (qui secundum Solinum est 5, 18. 29, 4. 7, 2. 13. 32, 35. 35, 8. 37, 16. 21. 45, 18. 52, 49) fere Solini libellum sequuntur omniaque haec apud Solinum redeunt, cum quaedam, ut loci de asbesto et de pomis Sodomorum, apud Plinium non adsint. quam ob rem etsi fieri potest, ut Augustinus non Solinum adhibuerit, sed eum quem is epitomavit, tamen magis cre-

Augustinus.



Plinius et Solinus labente aetate simul plerumque adhibiti.

diderim volvisse eum ea quae nos habemus Plinii Solinique volumina. — Notabilis autem est coniuncta haec Pliniani et Soliniani librorum usurpatio, qualis non solum obtinuit extrema litterarum Latinarum aetate, sed etiam ad medii aevi incipientis grammaticos videtur propagata esse: certe Dicuil monachus Scotus saeculi noni incipientis cum narrationem compilat ex Plinio fere et Solino, tralaticiam quandam horum auctorum coniunctionem scholasticam secutus videtur esse. Byzantiorum autem grammaticorum in scholis Solinum lectum esse et explanatum quamquam non traditur, tamen eo ducit cum quod Theodosius II eum manu sua descripsit tum quod Priscianus eo utitur tanquam sermonis Latini teste idoneo. ita non magis mirabimur quam nobis gratulabimur eum ad nos pervenisse integrum pluribusque ut mox videbimus exemplis. per litterarum autem tenebras Solinus nunquam legi desiit, utpote qui suis fabellis senescentia tempora oblectaret, eloquentiae, ut ipse ait, bratteis saeculi infantiam relevaret, propter ingenium denique nemini unquam molestus esset. quantopere autem ab eius aetatis hominibus expetitus et lectitatus sit, maxime per Gallias et Germanias, donec in oblivionem abiret bonis litteris resuscitatis, codicum qui superest copia paene immensa satis ostendit: ostendet etiam melius opinor si cui unquam placuerit in fabellis carminibusque Romanicis et Theotiscis vestigia rimari Solini. sed haec iis relinquimus quorum sunt: nos ad nostra redimus.

Libri Solini perfecti ab eodem archetypo omnes iam passim corrupto.

Secundum ea quae traduntur in praefatione libri altera (vide huius ed. p. 233) cum Salmasius tum si qui praeter eum in crisin Solinianam inquisiverunt hoc persuasum habuerunt edita esse auctore vivo duo exempla, alterum ei subreptum imperfectum etiamtum, alterum vero ab eo recognitum et perpolitum, duplicisque huius editionis variam lectionem in librorum qui hodie extant modo discrepantiis modo dittographiis adhuc superesse. quae libelli originatio satis mira et omnino sine exemplo redarguitur vel argumento omnium simpli-

cissimo et certissimo quod complures mendae nequaquam ab auctore profectae in libris qui extant ad unum omnibus insederunt, quarum quasdam subieci.

p. 40, 19 *vicies quadragies novies centena*] scr.  $\overline{XX}$   $\overline{XLIX}$   
sive *vicies quadraginta novem milia*.

p. 220, 4 *L*] scr. *DL*.

p. 226, 2 *XXXX*] scr. *XXX*.

Qui numeri corrupti cum inveniantur in libris Solinianis hodie notis omnibus, genuini autem legantur cum apud Plinium quem his locis Solinus exscripsit tum apud Capellam qui his locis exscripsit Solinum, demonstrant omnino illos non ex duobus ipsius auctoris archetypis proficisci, sed ex eodem exemplo aliquantum posteriore et subinde depravato. adde praeter ea, quae infra ponentur inter propria libri Parisini p. LVI, similia haec:

p. 46, 17 *desint si*] scr. *si desint*.

p. 63, 6 *ille herculis pugnae hic plane clara*] scr. *ille Herculis pugna, hic Pane clara*.

p. 76, 21 *hemus*] scr. *Aenus*.

p. 84, 10 *uergant* LGHSP<sup>1</sup> (quod defendit Oudendorpius ad Appul. met. 9, 179), *inuertant* AP<sup>2</sup>] scr. *mergant*.

p. 92, 7 *aestatis*] scr. *statis*.

p. 113, 8 *dum non tenent vel delinet*] scr. *Dumnoni tenent*.

p. 124, 12 *hammonis*] scr. *Hannonis*; similiter 230, 2.

p. 156, 15 *ignari*] scr. *gnari*.

p. 159, 6 *omnia*] scr. *omina*.

p. 168, 1 *pranctheam* vel *practheam*] scr. *Panchaiam*.

p. 196, 9 *pl.* vel *p.*] scr. *P. Licinii*.

p. 219, 5 *thracia*] scr. *Rachia*.

p. 228, 17 *adfirmant*] scr. *adfirmat*.

Qui errores aut omnes aut certe plerique omnino non sunt auctoris licet inscitissimi, sed librariorum. accedunt his glossemata quaedam licet non multa originis antiquissimae:

p. 20, 21 *M'*. (vel *M.*) *Curius* adscriptum habuit in

c

archetypo communi *maximus curio*, cuius vestigia diversae codicum familiae diversa servant.

- p. 44, 15 *cicadae apud Reginos mutae nec usquam alibi* [quam apud Reginos (vel Regio) *cicadae mutae*] libri omnes.
- p. 125, 15 *natu maximus ducit agmen, aetate proximus cogit* [sequentes] libri omnes.
- p. 132, 13 *aliquantisper* [ignobilis] *humilis et languido statu* libri, nisi quod interpolati dederunt *humili*.
- p. 176, 1 *in ipso* [Eufrate] *alveo* libri, nisi quod interpolati quidam emendarunt *Eufratis*.

Index operis et  
codicum inscrip-  
tiones et sub-  
scriptiones.

Antequam autem accedamus ad quaestionem disceptandam de codicum generibus variam eam et implicatam, quae de libri indice, de rubricis, de capitum numeratione tradenda sunt ita praemitemus, ut quae de codicum ratione mox demonstrabuntur ad haec expedienda interim anticipemus. — Ex primi ordinis libris eorum qui hodie superest praestantissimus Heidelbergensis habet inscriptum: *Iulius Solinus Aduento sal.*, subscriptum: *Iulius Solinus explicit feliciter. studio et diligentia domni Theodosii inuictissimi principis* conveniuntque fere alii huius ordinis libri paulo meliores, ut Parisini 6813. 6833, nisi quod in hoc titulus additur ipsius libri tam post praefationem quam ante subscriptionem *de memorabilibus*. neque ullum codicem novi cum hac subscriptione Theodosiana, qui non sit aut primae familiae aut cum hac familia contaminatus. in alia tamen discedit Bernensis inscribens: *C. Iulius Solinus Constantio suo sal.*, subscribens: *Iulius Solinus explicit feliciter*, omisso nomine Theodosii, nomine autem eius, cui liber inscriptus est, nescio qua temeraria interpolatione mutato. operis titulum cum huius ordinis codices bonae notae reticeant, in eorum locum succedit qui scripsit a. 825 Dicuil huius classis libro usus nostris et antiquiore et meliore, qui sic citat perpetuo: *Iulius Solinus in collectaneis*. denique

Aldhelmus, Dicuilo antiquior annis fere cl, Solini libro usus classis primae potius quam secundae\*), ubi plenissime (p. 323) sic citat: *Iulius Solinus in collectanea rerum memorabilium*. — Secundae classis ex libris quos totos collatos habui, cum Guelferbytanus initio truncatus sit, a Basileensi autem rubro scribenda omnia absint, unus qui habet inscriptionem Leidensis tantummodo praescribit: *Solinus Aduento salutem*; pro subscriptione, quae cum extrema libri parte ex Leidensi excidit, non adest nisi *explicit* in Guelferbytano, *explicit liber* in auctario Leidensis (l). extant tamen alii huius generis codices saeculi item decimi cum inscriptione pleniore. ita in Parisino 6831 legitur initio: *Iulii Solini collectio rerum memorabilium*, fine: *explicit liber Solini*. item in libris quattuor inter se simillimis saeculi x omnibus Parisinis duobus 7230. 7230 A Leidensi Voss. Q. 29 Monacensi 6384 sic subscribitur: *expl(icit) f(e)l(iciter) G. Iuli Solini grammatici*: nam quod in Monacensi adiectum est in fine subscriptionis vocabulum quod est *polyystor*, id sciscitanti mihi respondit Halmius a manu esse recentiore. — Denique classi tertiae interpolatae adiecta praefatio sic scribit (p. 233, 21): *erit igitur operi isti titulus 'Polyhistor': nam quem in exordio designaveram, scilicet 'Collectanea rerum memorabilium' cum his quae improbavimus placuit oblitterari*. unde prae-

---

\*) Pauca quae ex Solino affert Aldhelmus etsi hoc ostendunt eum librum habuisse non tertiae classis, tamen utrum is ex prima an ex secunda fuerit non definiunt: definit tamen ni fallor quae refert (p. 328 ed. Giles) de volumine manu imperatoris Theodosii scripto et subscripto. nam etsi hoc volumen Prisciani esse scribit, non Solini, scilicet emendatorem Prisciani Theodorum confundens cum Solini scriptore Theodosio, quem errorem expenderunt Otto Jahn in actis soc. Saxon. 1851 p. 342. 358 et Martinus Hertz in praef. Prisciani vol. 1 p. viii, tamen in eum non incidisset, nisi novisset tam subscriptionem Theodori Priscianeam quam Theodosii Solinianam. haec autem cum non offendatur nisi in libris Solini classis primae, sequitur ut eius generis fuerit ab Aldhelmo usurpatus.

scribitur in libris huius ordinis Parisino 6810 Sangalensi Angelomontano: *C. Iuli Solini sive grammatici Polyhistor ab ipso editus et recognitus*, subscribitur in duobus his: *feliciter liber perscriptus C. Iulii Solini sive grammatici polyhistor ab ipso editus et recognitus*. praeterea quae adiciunt ad inscriptionem iidem duo libri: *de situ orbis terrarum et de singulis mirabilibus quae in mundo habentur*, quae redeunt in deterioribus quam plurimis, cum absint a Parisino, postea addita videntur. Parisini autem subscriptio haec est perpetuo scripta eadem manu eodemque tempore: *explicit fl. C. Iuli Solini siue grammatici. || Iulius Solinus explicit feliciter studio et diligentia on. (scr. D. N., domini nostri) Theodosii inuictissimi principis. || feliciter liber perscriptus C. Iulii Solini siue grammatici polyistor ab ipso editus et recognitus*, quae subscriptio aperte tergemina est composita ex tribus trium classium subscriptionibus, ut incipiat secundae, sequatur primae, claudat tertiae classis, tanquam is cuius haec est recensio hoc velut testimonium esse voluerit negotii perfecti librorum diversae originis inter se conferendum. — Ex auctoribus autem aetatis Romanae libellum hunc tres tantum nomine citant, quorum Servius (ad georg. 2, 215) et Isidorus (de rer. nat. 40, 1) solum Solini nomen ponunt, tertius Priscianus in institutionibus grammaticis auctorem quidem item solo cognomine appellat, sed praeterea septem locis ex octo quibus eum citat libri indicem adscribit sic: *in collectaneis vel polyhistore* semel (1, 28); *in collectaneis* item semel (10, 50); *in memorabilibus* quater (2, 61. 5, 15. 6, 15. 18, 213); semel denique *in admirabilibus* (6, 44). — Testimoniis his inter se collatis efficitur veram libri inscriptionem esse *collectanea rerum memorabilium*; eo enim ducunt diversa licet via tria trium familiarum testimonia indidemque recte explicatur, cur a Prisciano liber citetur bis *collectaneorum*, quater *memorabilium* titulo, nam in *admirabilibus* omnino error est sive librarii sive ipsius Prisciani. *Polyhistoris* autem titulum secundarium ex-

pendemus ubi de origine et aetate interpolationis disceptabitur.

Rubricae utrum sint ipsius auctoris an alterius, non definitio. illi opinioni codices magis favent, qui quamquam in rubricis admodum variant et ita fere, ut si quid in textu mutatur vel transponitur, quod ad rubricam quoque perveniat, ea mutatio vel transpositio statim etiam ad rubricam transferatur, tamen patet rubricas tali in universum forma, qualem exhibent libri nostri, iam in communi eorum archetypo extitisse. contra ut perfectas esse ab ipso auctore negemus, facit primum inepta et subabsurda operis divisio vel hoc pessimo auctore indigna, deinde barbarismi minime Soliniani, ut c. 13 *flumen Histrum* casu primo, denique quod rubrica c. 1 verba exhibet *de allectorio lapide* aperte oriunda ex vitio antiquissimo p. 22, 23 *alectorius* pro *alectoria usus*, ut rubricae factae videantur ad librum iam subinde depravatum, non ad auctoris archetypum. quamquam opponi potest non tam, quod loco citato Parisinus liber cum in ipsa oratione tum in rubrica verum habet (nam qui eum scripsit cum coniectura ductus errorem deprehendisse videatur, debuit sane eum tollere utroque loco), quam quod propter continuam rubricarum ex ipso libro emendationem fieri potuit, ut depravatio illa orta primum in ipsa oratione inde in rubricam quoque postea inferretur. utut est, rubricas exhibere maluimus in appendice p. 239—246 coniunctas quam ut leguntur in libris suo quaeque capiti praescriptae: non quasi constaret de earum origine posteriore, sed quod ex ipsa oratione, quam perverse interdum interrumpunt et conturbant, eximuntur nullo libri damno, aliqua autem eorum qui in talia inquirent utilitate: certe de coniunctis longe facilius et certius iudicium erit. restituimus autem quantum fieri potuit rubricas archetypi additionibus posterioribus collocatis aut in parenthesi aut in subnotatione. — Ipsi operi indicem capitum non praeponunt nisi libri tertii ordinis, ex nostris Parisinus (a quo tamen et ipso index

Rubricae.

hic una cum praefatione altera initio afuit nec nisi postea adiectus est eadem tamen manu) et Angelomontanus. a quibus abstinuimus, cum consentiant plane cum eorundem codicum rubricis sparsis. — Denique extat index plane diversus factus ad librum aliquem classis tertiae cum in codd. Parisino 7230 et Leidensi publ. 113 tum, sed postea adiectus manu recentiore, ante Leidensem optimum. praescriptum est in duobus illis (nam in tertio deficit principium): *indiculus capitulorum* (nam hoc significat *cct.* Parisini libri, *cap'* Leid. 113) *Iuli Solini rerum collectarium infra scriptarum sic*, subscriptum in iisdem: *explc. indiculum c.* (c. om. Leid. 113) *Iuli Solini collectarium rerum memorabilium feliciter*, in Leidensi meliore: *explicit indiculus capit.* *Iuli Solini collectaneum rerum memorabilium.* quem etsi cur ederemus causa nulla fuit, tamen visum est speciminis loco caput inde extremum infra adscribere\*).

Capitum nume-  
ratio.

Ut in rubricis ita discedunt tres familiae in capitum numeratione. nam secunda familia capita non numerat, prima tam in Heidelbergensi quam in Bernensi capita numerat LXIII, scilicet ut ex his capitum initiis sex et quinquaginta, quibus hodie utimur, non agnoscantur duo (c. 36. 41), accedant autem capita alia novem (c. 11, 3. 15. 19. 24. 26. 30; 19, 2. 9; 54, 12). tertiae denique Angelomontanus Sangallensis Parisinus pariter (omissis scilicet horum duorum librorum erroribus minoribus neque ad summam rem pertinentibus) capita exhibent LVII bipartito eo quod nobis undecimum est, ut in duobus primis c. XII incipiat ab 11, 14, in Parisino autem ad 11, 3. 15 adnotetur c. XII. XIII, deinde vero ad 12, 1

\*)

#### SINVS PERSICVS ET ARABICVS

I Gens Carmanie II De his quarum odio habent III Parthia  
IIII Babilonia V Omnia ora oceani VI De Trogloditis et Ictuofagis  
VII Nomina insularum in oceano Atlantico constitutarum VIII Gorgadas  
VIII Hesperidum insulae X Fortunate XI Embrion insula  
XII Iunonia insula XIII Nivaria XIII Ganaria.

caput numeretur non XIV, sed XIII. unde similis divisio venit in editiones nostras, quarum antiquissimae descendunt ex eius generis codicibus. habet autem haec res per se minima tamen eam utilitatem, ut trium familiarum diversitatem vel inde deprehendas.

Porro adnotandum est in secundi ordinis libris primariis duobus Leidensi vetusto et Guelferbyitano offendi numerationis cuiusdam ad marginem factae reliquias has:

Stichometriae  
vel similis numerationis indicia.

(praecedunt versus libri Leid. 2295)

CCXXX in margine ad <i>etiam mitiorque</i> p. 138, 9	L
(medii sunt versus 87)	
CCXL in margine ad <i>habentur</i> p. 143, 13	L
(medii sunt versus 11)	
CCXLVIII in margine ad rubr. <i>garamantum oppidum</i> c. 29, 1	L
(medii sunt versus 53)	
CCLX in margine ad <i>edunt</i> p. 146, 23	L
(medii sunt versus 50)	
CCLXX in margine ad <i>uisa sunt</i> p. 150, 4	G
(medii sunt versus 502)	
çx in textu ad <i>apud indos</i> p. 182, 12	L
(medii sunt versus 258)	
CCCXXX in margine ad <i>terminus</i> rubr. c. 49	LG

Numeros hos ita comparatos esse ut ad eandem unitatem redigi nequeant, quivis intellet periculo facto. nec multo melius res procedit, ubi cola et commata ambitus inaequalis ita numerari conicias. in medio igitur relinquimus, quid significant hi numeri et num quid pertineant ad antiquorum librariorum stichometriam. visa tamen est res digna quae non silentio praetermitteretur, sed indicaretur, ut similibus numerationibus in lucem protractis aliquando illustretur.

Denique ut colligamus omnia, quae Solino adhaerent et coniuncta sunt cum quaestione de codicum eius origine et diversitate, repperiuntur versus hexametri viginti duo subiuncti in codicibus quibusdam Solini col-

Halieuticon  
principium ad  
Solinum adscriptum.



lectaneis. cuius generis codices a me amicisve excussi sunt quattuor, familiae secundae unus Parisinus 6831 (A) saec. X, tertiae tres: Parisinus 6810 (B) noster saec. item X, Parisinus 4873 (C) saec. XII, in quo tamen non supersunt nisi huius carminis v. 1—5 reliquis cultro resectis, Vaticanus Regius 1478 (D) saec. XV, quem descriptum esse deprehendi ex Parisino 6810. his accedit quintus Autunensis seminarii saec. XI (*cat. des bibl. des dép.* 1 p. 22) tam similis Parisini 6810 et Vat. Regii 1478, ut sine dubio item descriptus sit ex antiquo illo Parisino. ex quattuor illis primus praescribit *uersus peracti operis*, alter inscriptione caret, in tertio legitur: *item C. Iulii Solini poliistor ponticon*, in quarto: *item Gai Iulii Solini siue garamanti ponticon*. ex editoribus, de quibus videndus Wernsdorfius (poet. Lat. min. 1, 153), Pithoeus omnino usus est libro hodie Vaticano. Salmasius cum carmen afferat sicut repperit ‘in exemplari regio vetustissimo ad finem Solini’, intellegit sine dubio optimum regium suum sive Parisinum 6810, sed quod ait ibi praescribi *incipit eiusdem ponticon* erratum est videturque memoria lapsus confudisse Parisinos 4873 et 6810. ceterum cum in solo Parisino 6831 versus hi paginam finiant desecto folio quod proxime sequebatur, facile conicias ex hoc pendere codices reliquos: quae tamen coniectura eo refutatur, quod carmen in codice 6810 proponitur longe emendatius neque iis emendationibus petitis ex coniectura. iam cum duo vetusti libri carmen hoc ad Solinum quidem adiungant, sed nequaquam ei tribuant, confirmatur omnino, quod dudum intellexit Wernsdorfius, casu tantum id ad Collectanea adhaesisse neque ullam fidem habendam esse confictae inscriptioni librorum recentiorum. placuit tamen ex halieuticis nescio cuius poetae carmine splendido sane et omnino supra ingenium minime ingeniosi hominis Solini reliquum hoc principium subiungere cum quattuor illorum librorum varia lectione.

1 Tethya marmoreo fecundam pandere ponto  
 2 et salis aequoreas spirantis molle catervas  
 3 quaeque sub aestifluis Thetis umida continet antris  
 4 coeptantem, Venus alma, fove. quae semine caeli  
 5 parturiente salo divini germinis aestu,  
 6 spumea purpureis dum sanguinat unda profundis,  
 7 nasceris e pelago placido dea prosata mundo.  
 8 nam cum prima foret rebus natura \*creandis  
 9 in foedus conexasuum, ne staret inerti  
 10 machina mole vacans, tibi primum candidus aether  
 11 astrigeram faciem nitido gemmavit Olympo.  
 12 te fecunda sinu Tellus amplexa resedit  
 13 ponderibus librata suis, elementaque iussa  
 14 aethereas servare vices. tu fetibus auges  
 15 cuncta suis: totus pariter tibi parturit orbis.  
 16 quare, diva, precor, quoniam tua munera parvo  
 17 ausus calle sequor, vitreo de gurgite vultus  
 18 dextra prome pios et numine laeta sereno  
 19 Pierias age pande vias. da Nerea molli  
 20 pacatum gaudere freto votisque litata  
 21 fac saltem primas pelagi libemus harenas.  
 22 vos quoque, qui resono colitis cava Tempea coetu

. . . . .  
 Iam pergentes ad codicum propagines et affinitates  
 aestimandas incipiemus ab eo ordine, quem dico primum  
 mutilorum, cum eius tanquam nota primaria sit hiatus, quo

Codicum ordo  
 primus mutilo-  
 rum.

*Vv. sic:* 1. 2. 13. 3. 14. 4. 15. 5. 16. 6. 17. 7. 18. 8. 19. 9. 20. 10.  
 21. 11. 22. 12 *ordinat* A      1 tethia C, tithya B, tithia A, ticea D  
 || fecundam] BD, fecit clam A, fecit dea C || pondere A      2 equo-  
 reus A; aequorei *Pithoeus* || spirantis B || mole libri      3 thetis om C.  
 4 coeptantem uenus] BD, ceptante menus A, ceptante meniis C  
 || quae om. AC || somine A      5 in aestu deficit C      8 creandis]  
*coniecit, non legit Salmasius, profundis libri*      9 in foedus] insidiis A  
 10 cauans A || candidus] BD, candidit A || aer D      13 librata] A,  
 fundata BD; *idem hemistichium ex Ovidio metam.* 1, 12 attulit *Burm.*  
 || iussa] uisa A      14 aetherias BD || augens libri      17 calles equo  
 ruit hinc de A      18 dextera libri || lumine D      19 da] cla A  
 || uerea D      22 coetu] cytu AB, cyta D

Dicuil.

locus a p. 229, 8 *tionibus quorum* ad p. 230, 7 *stagnis mades* xxv huius editionis versuum interceptus est, paenultimo scilicet codicis archetypi folio deperdito. huius ordinis libri hodie noti licet a reliquis ordinibus aetate vincantur (nullus enim illorum saeculum undecimum superat), tamen descendunt ex libro saeculi minimi octavi. *Dicuil* enim monachus ex Hibernia oriundus ad opusculum *de mensura orbis terrae* scriptum a. 825 Solini librum huius ordinis adhibuerit necesse est: nam et locum illum citat similiter hiantem et aliis plurimis locis significat a suo Solini exemplo ea afuisse quae absunt a codicibus ordinis primi. ita afferens locum p. 113, 3—6 praetermittit quae de navibus vimineis interponunt codices reliqui a nobis relata p. 234, 21—24. item si novisset ea quae nos edidimus p. 234, 26—p. 235, 26, non negasset c. 7, 3 ‘in libris auctorum’ memorari oceani septentrionalis insulas, de quibus propterea affert relationem ‘alicuius presbyteri\*’) religiosi’. denique lectiones *Dicuilinae* ita consentiunt cum codicibus ordinis primi, ut saepe iis communes sint gravissimae quaeque corruptelae (e. c. p. 123, 9 *violare* pro *uiliore*; p. 136, 8 *oculorum* glossema vocabulo *orbium* in Bernensi huius generis libro superscriptum, a *Dicuilo* in orationem receptum; p. 175, 15 *uias* pro *uluas*), aliis vero locis *Dicuili* Soliniana immunia esse reperiantur ab erroribus huic ordini propriis (ut p. 155, 3 *hoc* — 4 *tradidisse* om. libri cl. I, habet *Dicuil*; item p. 155, 16 *tigrin* vel *tigrim* libri illi, *nigrum* *Dicuil* recte), sicut par est codices nostros saeculi XI vinci locis non paucis a *Dicuilino* libro saeculi ad minimum octavi. — Repraesentant autem ordinem hunc in hac editione praeter *Dicuilum* codices Heidelbergensis, nobis *h*, et hoc inferior Bernensis, nobis *Bern.*, plerumque consentientes, quem consensum notavimus *H*: ad quos accedit ex con-

---

\*) Nam sic habent libri tam Parisinus quam Dresdensis editioque Walckenaeriana: male Letronnius ex *presbytero* fecit *probum*.

taminatis Sangallensisq̄ liber, nobis S, deductus ex codicibus duobus primae familiae altero, altero tertiae. cumque de ratione quae inter tria haec exempla intercedit dictum sit in subsidiorum elencho, iam tractanda est hoc loco quaestio longe difficilior de universi codicum generis in crisi Soliniana vi et proprietate. est autem id nisi optimum omnium, certe simplicissimum. habet quidem et ipsum sibi propriam interpolationem, sed ita comparatam, ut facillime deprehendatur. cuius generis emblemata maiora coniuncta exhibuimus p. 238, unde apparet pleraque adscita esse ex Isidori originibus. his iungendae lectiones hae:

Codicum ordinis  
primi interpolationes.

lectio vera:	lectio falsa:
p. 50, 10 <i>ichnusam</i>	<i>ichnus</i>
p. 86, 14 <i>LXXX</i>	<i>LXX</i>
p. 96, 12 <i>Moschorum</i>	<i>oschorum</i>
p. 128, 12 <i>Amsiga</i>	<i>Siga</i>

in quibus libri hi Soliniani a ceteris ita discedunt, ut consentiant cum Isidoro, videnturque itaque ex Isidoro his quoque locis interpolati. adnotabo praeterea interpolationes hasce minores, sed quae pertineant ad codicum horum naturam aperiendam:

lectio vera:	lectio falsa:
p. 25, 27 <i>vi amnica</i>	<i>biennio</i>
p. 64, 8 <i>Isthmon</i>	<i>stenon</i>
p. 71, 13 <i>Athamaniam</i>	<i>emathiam</i> propter 69, 20
p. 90, 14. 15 in enumerandis ostiis Nili adscribitur ad <i>ac deinde.</i>	<i>quintum</i> est pro <i>nam</i> , <i>sextum</i> illud habet etiam <i>Dicuil</i>
p. 124, 2 <i>Anatim</i>	<i>tanaim</i>
p. 128, 6 <i>nec ab Icosio taciti redeamus</i>	<i>est et oppidum icosium</i>
p. 146, 1 <i>Garamantici Aethiopes matri- monia privatim nesciunt</i>	<i>garamanticis omnibus uenus</i> <i>est uulgalis</i>
p. 180, 11 <i>tumet vere</i>	<i>autumno et uere ... tumescit</i>
p. 187, 20 <i>Cremutius auctor est</i>	<i>notum est</i>
p. 200, 4 <i>Apollini Didymaeo</i>	<i>apollini delio</i>
p. 206, 2 <i>torrentur calore</i>	<i>torrentes habent calores</i>
p. 208, 17 <i>homine decesserit</i>	<i>decesserit.</i>

Archetypi huius familiae librarium apparet fuisse et neglegentem hominem et male doctum, qui interdum quae non intellexeret temere aut deleret aut iis substitueret

nisi veriora certe faciliora. quaestio autem sane anceps, num idem commata quaedam culpa sua omiserit an quae ab huius classis libris absunt, Solino abiudicanda sint omnia, rectius infra disceptabitur. omnino denique tenendum est primae familiae per se antiquissimae exempla hodie nota esse nulla saeculo XI vetustiora, nec dubium errorum illorum et interpolationum non exiguum partem sublatum iri reperto huius familiae libro aliquo, quod in suo genere aequet principem secundae familiae Leidensem vetustum. ita interpolationes illae Isidorianae fieri potest, ut post nonum demum saeculum hanc familiam invaserint: nam has an habuerit liber Dicuilius, non constat.

Codices ordinis  
secundi.

Secundi codicum ordinis primarius testis est Leidensis saeculi noni nobis *L*, secundarii Guelferbytanus *G* saec. X et Basiliensis *B* saec. XIV, item ex contaminatis Parisinus *P* saec. X perpetuo tamquam duplicem recensionem exhibens familiae secundae alteram, alteram tertiae. de singulis libris cum dictum sit in subsidiorum laterculo, hic videamus de genere. quod proxime coniunctum esse cum eo de quo modo diximus ostendunt loci permulti in codicibus et primi et secundi ordinis similiter corrupti, vera lectione servata in solis libris classis tertiae.

## lectio vera cl. III:

p. 9, 16. 11, 18. 103, 21. 130, 3 prae-  
nomina adsunt

p. 11, 10 *Eleus*  
p. 21, 9 *Zoroastrem*  
p. 29, 11 *xc et duo*  
p. 36, 11 *a Lyctiis*  
15 *Terinam*  
p. 37, 18 *a nutrice*  
p. 38, 24 *Herofilén*  
p. 41, 5 *visendo*  
p. 65, 16 *apud Thebas*  
p. 78, 12 *a Flaviopoli*  
p. 81, 1 *Crates*  
12 *Idu est*

## lectio falsa cl. I. II:

praenomina omissa sunt

*filius eius*  
*zoroastren socratem*  
*xxx et duo*  
*sallictiis cl. II, a sallictiis cl. I*  
*cerinam*  
*a nutrice caieta*  
*herifilen*  
*uisenno*  
*apud thebas isdem thebis*  
*a fluuio poli*  
*cretes*  
*id est*

lectio vera cl. III:

- p. 82, 2 *adymnum colunt*  
 14 *phalangio*  
 p. 104, 12 *dulce*  
 p. 108, 3 *Vistla*  
 p. 113, 4 *nonnisi*  
 p. 114, 5 *attanatis*; scr. at *Tanatus*  
 p. 116, 11 *in minium*  
 18 *frons*  
 p. 117, 15 *Fortunatae*  
 p. 120, 19 *regi mente*  
 p. 127, 22 *septuagesimo secundo*  
 p. 136, 15 *ut in editis maribus . . . ge-*  
*nerandi spem morsu detrun-*  
*cent*  
 p. 145, 20 *Nigri*  
 p. 146, 18 *quidnam inperitet*  
 p. 150, 12 *Nigrim*  
 p. 167, 9 *codex*  
 p. 177, 13 *subnexus . . . . . abortivae* (cf.  
 p. LXI)  
 p. 192, 10 *Neocaesaream*  
 p. 195, 13 *furvo*  
 p. 196, 2 *Arbelitis*  
 p. 199, 7 *Panda*  
 p. 201, 20 *feris* quod requiritur legit in-  
 terpolator substituens *bes-*  
*tiis*  
 p. 205, 7 *liii*  
 p. 217, 1 *antihones* (scr. *Antichthones*)  
 p. 226, 4 *Babitae*

lectio falsa cl. I. II:

- adymnum colunt adymnum*  
*sphalangio*  
*duce*  
*uiscla*  
*nisi*  
*attanus*  
*in minium imminuunt*  
*fons*  
*fortunae*  
*regente*  
*secundo*  
*ut expositos mares . . . trun-*  
*catos mordicus priuent tes-*  
*tibus*  
*tigri*  
*quiddam imperite*  
*tigrim*  
*cortex*  
*omissa*  
*in eo cesaream*  
*fuluo*  
*abelitis*  
*pada*  
*feri*  
*liiii*, quod legit etiam *Dicuil*  
*easchites*, quod legit etiam  
*Dicuil*  
*carbile siue barbitae*, quod  
 legit iam *Capella*

At cum de communi aliquo primi et secundi generis auctore loci hi dubitare non sinant, tamen loci alii per-multi certissima ratione probant archetypum classis secundae librum immunem etiamtum fuisse a vitiorum, quae primam occuparunt, longe plurimis et gravissimis. habuit folium paenultimum, quod ex archetypo classis primae vidimus excidisse (p. xli); interpolationum porro neque Isidorianarum neque earum quas praeterea p. xliii composuimus in huius classis libris vestigium reperitur

ullum. denique permultis locis secunda familia sola  
verum servavit contra duas reliquas consentientes in  
falso:

lectio vera cl. II:		lectio falsa cl. I. III:	
p. 8, 1	<i>Potitios</i>	<i>poetitios</i>	
p. 9, 23	<i>Caeninensibus</i>	<i>caninensibus</i>	
p. 20, 5	<i>aegre parti</i>	<i>aegre pati</i>	
p. 23, 2	<i>Tarquini Prisci</i>	<i>turquini superbi prisci</i>	
p. 30, 23	<i>semper absolutus</i>	om.	
p. 32, 3	<i>ex Cypria legatione</i>	<i>ex curia legatione</i>	
21	<i>navis a frigia</i>	<i>nam uisa frigia</i>	
p. 36, 13	<i>a Dorensibus</i>	<i>a boriensibus</i>	
p. 42, 6	<i>Aeetae</i>	om.	
p. 49, 6	<i>enaream</i>	<i>lenariam</i>	
p. 51, 4	<i>Iolaum</i>	<i>iolaum creat cl. I, iolaum cre-</i> <i>tensem cl. III</i>	
p. 56, 15	<i>inpudice</i>	<i>pudice</i>	
p. 61, 8	<i>scrupulus</i>	<i>scopulus</i>	
15	<i>cioessa (scr. Scioessa)</i>	<i>cloessa</i>	
18	<i>est et Taenaron</i>	om.	
p. 68, 3	<i>rege</i>	<i>reges</i>	
p. 71, 11	<i>oppugnandum impetium</i>	<i>oppugnatum</i>	
p. 80, 14	<i>non stipata</i>	<i>constipata</i>	
p. 83, 19	<i>Asteria</i>	<i>austeria</i>	
p. 93, 4	<i>ora agentes</i>	<i>ora gentes</i>	
p. 104, 18	<i>ad Bactros</i>	<i>a bactris</i>	
p. 110, 5	<i>nec difficulter</i>	<i>nec indifficulter</i>	
p. 140, 16	<i>cccc</i>	<i>ccc</i>	
p. 141, 2	<i>a loco</i>	<i>alio loco</i>	
5	<i>aestatis tempore</i>	<i>statuto tempore</i>	
p. 172, 10	<i>artifici</i>	<i>artificio</i>	
p. 177, 17	<i>echites</i>	<i>echidnes</i>	
p. 179, 16	<i>Amani</i>	<i>amaniti</i>	
p. 186, 11	<i>amburit</i>	<i>adurit</i>	
p. 190, 4	<i>fontibus</i>	<i>pontibus</i>	
p. 198, 6	<i>Lapiri</i>	<i>capiri sive cipiri</i>	
p. 210, 10	<i>tubarumque concinentum</i>	om.	
p. 216, 6	<i>porraceo</i>	<i>purpuraceo</i>	
p. 223, 4	<i>eus ea</i>	<i>ausea</i>	

Nihilominus genus hoc codicum licet praeclarum ad-  
misit et ipsum interpolationem eamque et antiquissimam  
et omnino memorabilem. non tam intellego locos non

ita multos, ubi horum librorum princeps falsis coniecturis supplementisque indulsit:

lectio vera cl. I. III:

- p. 6, 15 *proprium Romae nomen, verum tamen vetitum publicari*  
 p. 10, 3 *anno quinto quam ingressus fuerat. Cf. Madvig lat. Sprachl. § 276 not. 6*  
 p. 24, 9 *proconsuli Surae*  
 p. 27, 19 *cerni*  
 p. 43, 17 *abicit*  
 p. 74, 16 *et parere*  
 p. 102, 9 *de fetu universo*  
 p. 195, 13 *caricis*  
 15 *fellitanda*

lectio falsa cl. II:

- proprium romae nomen et verum magis, quod numquam in uulgum uenit, sed anno quinto postquam ingressus fuerat*  
*proconsuli syriae*  
*secerni*  
*amittit*  
*om.*  
*defectu uniuersae uiae*  
*cicatricis*  
*uellicanda*

quam commata quaedam quae absunt a primae classis libris. inter haec primum merito locum obtinent addita-  
 menta duo ad caput de Britannia *navigant autem — abstinent et a Calidoniae — nulli* p. 234, 21 — 235, 26. Codicum ordinis  
secundi interpolaciones.  
 quae cum inveniuntur in codicibus classis secundae tertiaeque, desint autem in libris ordinis primi, poterit iure dubitari, utrum haec Solini sint in classis primae archetypo casu consiliove omissa an interpolatoris. illam opinionem qui tenebit, eo tuebitur, quod prioris loci auctor potest citari Plinius 4, 104: *Britannos vitilibus navigiis corio circumsutis navigare* quodque alterius ambitus aequiparat fere eum, quem in classe prima desiderari vidimus propter folium paenultimum ex archetypo excisum (p. xli), ut ex simili causa hunc quoque defectum repetas: sermonem denique arguet esse plane Solinianum. haec autem quamquam gravia sunt, tamen obstant argumenta contraria ponderis longe maioris. — Primum loci illi cum desint in classe prima, in secunda ita adsunt, ut vel inde pateat eos e margine in textum venisse. nam prior locus ibi ubi debuit, id est p. 113, 5 inter *navigabile* et *idque* cum inseri non posset, nisi ut pro vocabulo quod est *idque* aliud substitueretur, cum-



que eam ob causam qui illum locum adiecit simul pro vocabulo *idque* scribi inssisset *freti latitudinem*, in secundae classis libris et substituta haec *freti latitudinem* et id quod tolli debuit *idque* iuxta exhibentur, ut clare appareat archetypum primarium consensisse cum familia prima, ea autem quae leguntur inter *navigabile* et *idque* ibi fuisse in margine. similiter alterum comma ita scriptum, ut insereretur ibi ubi insertum est in classe tertia inter *dies nullus* (sic enim interpolator legit) et *ultra Thylen* p. 114, 4, in classe secunda extat quidem, sed neque certo loco neque suo. nam in plerisque huius classis libris locum nactum est ante *circuitus* p. 114, 6, in uno vero eoque perbono Parisino 7230 ante *transitum* p. 114, 13 et cum neutri aptum sit, ita inculcatur, ut sententiarum ordinem plane pessumdet. nam verbis *a Calidoniae* — *nulli*, quae est vera interpolatio a nobis edita p. 234. 235, praescribitur in libris secundae classis omnibus *nullus ut ortus iunctus sit et occasus*, ex quibus *ut* — *occasus* minor glossa est adiecta ab interpolatore Solinianis quae praecedunt, *nullus* autem vocabulum ideo tantum ab eo repetitum est, ut post hoc vocabulum p. 114, 4 additamentum inserendum esse librario indicaret. — Deinde libros ordinis primi quamquam negligentia librarii multis locis pessumdedit, tamen data opera commata quaedam inde resecta esse vix credibile: casu autem haec omissa esse nequeunt, cum si vere sunt Solini, eum qui ea omisit necessario dicendum sit ea propter sequentia mutavisse. — Tertium argumentum offert locus de Hibernia p. 234, 12—20 *puerpera* ... *nitella* illis de quibus agimus per omnia ita similis, ut eum eiusdem auctoris esse vix negari queat: quod enuntiatum cum subministrent soli codices classis tertiae sescentis locis interpolati, hoc quidem loco plenum Solinum nobis exhibere eos solos quis credet? imo probabilius longe sic statuemus interpolationis in margine coeptae potiora quaedam vel in classem secundam se insinuasse ante, quam tota textum invaderet eam-

que quae nobis tertia est familiam efficeret. — Porro eiectionis iis quae nos eiecimus p. 114, 4 non solum quae leguntur et ante et post ea ita coeunt, ut utraque respondeant Plinianis 4, 104, quae hic exscripsit Solinus, cum eiectionum illorum apud Plinium vestigium nullum sit, sed etiam narratio universa iam longe melius sic cohaeret. nam retentis illis quae delevimus Solinus agit primum de insula Tyle, deinde de insulis inter Caledoniam et Tylen Ebudibus Orcadibusque, mox iterum de Tyle marique ultra eam: deletis autem et duplex de Tyle narratio tollitur et ordo perversus a Tyle redeundi ad Ebudes et Orcades. — Denique ut mittamus quae sustulimus a nemine eorum qui Solinum exscripserunt adhibita esse, conficit rem locus Isidorianus 14, 6, 2—4, ubi non solum vestigium nullum extat illius de Ebudibus et Orcadibus relationis (nam quae de his habet Isidorus, sumpsit ex Orosio Ethicove), sed etiam Solinianorum de Tyle legitur compendium hoc: *Tyle ultima oceani inter septentrionalem et occidentalem plagam ultra Britanniam, a sole nomen habens, quia in ea aestivum solstitium sol facit et nullus ultra eam est dies. unde et pigrum et concretum est eius mare.* quae ita petita sunt ex Solinianis iis de quibus agimus, ut verba *ultra Tylen* male coniunxerit Isidorus cum praecedentibus *nullus dies*, non cum sequentibus *accipimus pigrum et concretum mare*. at ipsa illa verba *nullus dies* et *ultra Tylen* cum in recensione aucta separentur multis interiectis, apparet Isidorum non hanc habuisse, sed breviorē, id est hanc esse Solini. — Quamobrem cum iam constet familiam hanc secundam duobus certe locis additamenta recepisse, ex eo genere quod classem tertiam occupavit totum, in suspicionis communionem trahuntur etiam reliqui loci, qui adsunt quidem in classibus secunda et tertia, sed absunt a prima. sunt autem hi fere:

p. 10, 8 (Numa) *sepultus sub Ianiculo*.

p. 19, 15 *ea propter capitale, si pars alterutra noceatur*.

D

- p. 54, 19 *mirum hoc est: nec illud minus quod in illa  
feroentis naturae pervicacia mixtas ignibus  
nives praefert et licet vastis exundet incendiis, apicis canitie perpetua brumalem detinet faciem. ita invicta in utroque violentia  
nec calor frigore mitigatur nec frigus calore dissolvitur.*
- p. 164, 14 *condita autem Alexandria est duodecima centesimaque olympiade, L. Papirio Sp. f. C. Poetelio C. f. consulibus Romanis haud longe  
ab ostio fluminis Nili, quod Heracleoticon alii, alii Canopicon appellant.*

Quattuor haec commata non agnita libris classis primae \*) accedente in tertio etiam Dicuilo quamquam reliqui suis locis, potest omnino debetque etiam iis status quaestio moveri. nam consensu librorum secundae tertiaeque classis contra primam non satis ea defendi modo vidimus. magis movet, quod quarti enuntiati extrema pars desumpta videri potest ex Plinio 5, 64: (ostio) *proximo Alexandriae Canopico* et post alia: *Naucratis, unde ostium quidam Naucraticum nominant quod alii Heracleoticum, Canopico cui proximum est praeferebant.* at primum id ipsum incertum est: nam quod apud Solinum habemus ostium Nili Alexandriae proximum appellari et Canopicum et Heracleoticum, verum sane et pervulgatum (Strab. 2, 1, 33 p. 85; Ptolem. 4, 5, 10; Diodorus 1, 33), hodie certe apud Plinium non legitur neque unquam apud eum ita videtur lectum esse, quamquam voluisse id ipsum dicere Plinium vix dubium est \*\*). deinde, ut maxime haec ex Plinio

\*) Habet quidem tertium Bernensis, sed ni fallor ex contaminatione.

\*\*) Locus omnino corruptus probabiliter ad eam sententiam, quam requirit non tam Solinus quam ipsa res, emendabitur ita, ut comma *quod alii Heracleoticum* ex eo loco ubi nunc est ante *Canopico* cui transponatur post verba *proximo Alexandriae Canopico*. scilicet supplevit illud Plinius inserique iussit post prius *Canopico*, sed

descendant, eodem Plinio etiam interpolatorem usum esse supra docuimus. ut autem haec a Solino abiudicemus, argumenta suadent minime spernenda. commata integra ubi in aliis libris comparent, in aliis desunt neque hi adnumerari possunt libris ad epitomae formam accedentibus, id quod in Solinianorum classem primam nequaquam cadit, qui aliquem rei criticae usum habent non negabunt probabilius multo quam de omissione cogitari ibi de emblemate: nam veri hiatus oriuntur aut exemplo ob casum aliquem hianti aut oculis librarii a vocabulo ad vocabulum simile aberrantibus produnturque fere per laesam orationis continuitatem. deinde nihil est in locis supra relatis quod non recte tribuas auctori reliquorum emblematum: certe qui addidit locum de Alexandro Magno nato M. Fabio Ambusto T. Quintio Capitolino cos. citatoque Nepote p. 237, 1—4, facile adscribere potuit simillima his de condita Alexandria. *consules* autem *Romani* vel infra Solinum sunt nec placet magnopere id quod est *partem noceri*, quamquam non infrequens aliis auctoribus plebeiis (v. Oudendorp ad Appuleii met. 1, 7 p. 40), tamen non Solinianum, cum p. 189, 17, ubi in vulgatis editionibus item legitur *noceri eas*, libri probi omnes dativum ponant. quare haec quoque magis pro insitiis habuerim et paenitet fere quod remanserunt.

Quod si secundae classis archetypus liber maiora illa emblemata admisit, profecto non mirabimur quibusdam locis licet non multis etiam in minoribus erroribus classes secundam tertiamque consentire, cum veram scripturam servet prima:

## vera lectio cl. I:

- p. 77, 1 *aroteres scythae*  
 p. 81, 4 *fixit* Isidorus, *finxit* cl. I  
 p. 94, 4 *iasone*

## falsa lectio cl. II. III.

- aratores scythae*  
*iunxit*  
*iaso*

errore eius qui ei a manu erat insertum est ante secundum. quod si ita se habet, Solinus certe emendata sua non desumpsit ex Plinianis inde a prima editione ita ut nunc circumferuntur corruptis.

D\*

## vera lectio cl. I:

- p. 120, 9 *suspensius*
- p. 132, 11 *DCLXXVII*
- p. 154, 17 *ad meridiem* Dicuil solus
- p. 155, 13 *specu* Dicuil, *spetita* H
- p. 161, 5 *intra* Dicuil solus
- p. 161, 14 *ad opem salute non qualibet*  
more Solini, cui non qui-  
libet saepe ponitur pro  
eximio
- p. 167, 11 *maxima*
- p. 168, 7 *papinio*
- p. 172, 18 *speciem*
- p. 179, 2 *anthracites*
- p. 183, 16 *toto*
- p. 222, 20 *offendit g. caesarem*

## falsa lectio cl. II. III:

- suspensius altius* cl. II, *sus-*  
*pensus altius* cl. III
- DCCXXVII*
- a meridie*
- specie*
- inter*
- ad opem salutarem non qua-*  
*libet*
- maxima altitudo* cl. II, *ma-*  
*xima altitudine* cl. III
- p. aponio* cl. III, *p. apronio*  
cl. II
- specimen*
- anthracias*
- tertio*
- offendi speravit c. caesarem*  
cl. II, *asperavit offendit g.*  
*caesarem sive asperavit c.*  
*caesarem offendit* cl. III

Ita quamquam secundi generis libros in universum duces esse maxime fidos deprehendi, tamen his quoque ne mancipemus nos, omnino cavendum est.

Codicum ordo  
tertius interpola-  
torum.

Tertium librorum ordinem, id est interpolatorum (nam licet codices Solinianos ab interpolatione immunes proprie habeamus nullos, tamen hi de quibus iam agimus libri reliquis recte opponuntur a potiori ducto hoc nomine), ex iis quos adhibuimus accuratissime et plenissime repraesentat Angelomontanus saeculi decimi:

Codices cl. III  
contaminati. De  
eorum dittographiis.

ad crisin tamen eandem vel etiam maiorem utilitatem praebent duo libri eiusdem aetatis intermedii quodammodo inter ordines primum et tertium alter, alter inter primum et secundum, Sangallensis et Parisinus. habent enim optimi quique huius ordinis libri eam proprietatem, ut duplicis unusquisque recensitionis non pauca vestigia servet maxime dittographiis. ex qua ipsa re intellegitur praecipuas lectiones huic ordini proprias in textum venisse ex margine neque ita orationem inva-

dere potuisse, ut priorem recensionem universam exturbarent. duplicium illarum lectionum quaedam in omnibus huius ordinis libris insident: ita p. 219, 12 quod pro commate *nulli aut ante diem aut per diem somnus* interpolator reposuit: *noctis partem quieti destinant, lucis ortum vigilia anteverunt* extat in huius classis libris omnibus. ita p. 149, 19 pro Soliniano *albis maculis superspersa* cum substitutum sit *stellatam candidis maculis*, Parisinus coniungit utrumque, Sangallensis et Angelomontanus exhibent lectionem interpolatam, sed retento praeterea ex priore vocabulo *superspersa*. similiter p. 180, 4 pro *Choaspi* cum interpolator dederit notio-rem sibi *Hydaspi*, Parisinus rursus habet utrumque, Sangallensis *hycodaspi*, Angelomontanus *choydaspi*, ex <sup>hyd</sup>*coaspi* uterque. denique in loco de pipere p. 237, 5 — 25 utraque recensio in tertiae classis libris exhibetur perturbata, sed perturbatione diversa. quod si in Angelomontano geminationes hae raro tantum offenduntur, fecit id diligentia et doctrina librarii, quem perpetuo deprehendimus tradita emendantem, ut persaepe ubi Sangallensis lectionem exhibet leviter corruptam, Angelomontanus substituat coniecturam ad eandem similemve corruptelam factam:

- p. 64, 7 *dispescens* rel., *discens* S, *desciscens* A.
- p. 90, 9 *acutius* rel., *autius* S, *cautius* A.
- p. 203, 7 *etesias patitur* LGH, *etesias potitur auras* P, *et aestas potitur auras* S, *et aestatis potitur auris* A. ad *etesias* interpolator adscripsit *auras*: hinc turbae sensim progredientes.
- p. 216, 18 *antequam temeritas ... fidem panderet* rel., *antequam temeritas fides panderetur* S, *antequam temeritate fides panderetur* A.
- p. 233, 13 *circumferunt* P recte, *et reum ferant* S, *et referant* A.

Eiusmodi librarium consentaneum est cavisse sibi ab

absurdis contaminationibus eorum quae delenda essent cum substitutis et constantissime consilium interpolatoris executum talem fere nobis exhibere Solinum qualem interpolator exhiberi voluit. longe frequentiores dittographiae sunt in Sangallensi:

p. 117, 17 *dianio* H, *chiano* vel *chanio* AP, *diano achanio* S.

p. 148, 7 *modico tantum* AP, *modicoque* H, *modicoque tantum* S.

p. 207, 18 *nullo* H, *nilo* A, *nilo nullo* S.

In Parisino autem lectiones reperiuntur fere perpetuo geminae modo in textum receptae utraque modo in textu altera, altera eadem manu ad marginem perscriptae, ut liber instar sit duorum codicum inter se diversissimorum. subieci pauca exempla, cum quaevis fere huius editionis pagina talia suppetat, ex iis, ubi utraque lectio iuxta legitur in orationis perpetuitate:

p. 51, 15 *intereant facie ridentium* cl. I. II, *uelut ridentum facie intereant* A, *intereant facie ridentium uelut ridentium facie intereant* P.

p. 61, 12 *memoriae bonum perimit* cl. I. II, *memoriae bonum interficit* A, *memoriam interficit bonum perimit* P.

p. 61, 14 *nec alter alius* cl. I. II, *tertius nemo* A, *nec alter alius tertius nemo* P.

p. 68, 18 *nam olympum* — p. 69, 9 *consecratum* hoc loco cl. I. II, post p. 72, 3 *litorali* SA; illo loco prima duo verba, hoc comma integrum exhibet P.

p. 69, 16 *meliboea in hoc pede computatur* cl. I. II, *meliboea istic habetur* F hoc loco vices faciens codicis A, *in hoc pede computatur melibia istic habetur* P.

p. 75, 8 *insiliunt defunctorum rogos coniugum* cl. I. II, *defunctorum insiliunt maritorum rogos* A, *insiliunt defunctorum insiliunt maritorum rogos coniugum* P.

Coniunctum est cum hac huius classis origine, ut optimos quoque eius libros eodem iure dicas et contaminatos et interpolatos: servant scilicet praeter interpolationem etiam alterius recensiois vestigia, nimirum eius codicis, ad quem interpolatio adscripta fuit, neque eiusdem omnes. nam Sangallensis pars prima fere usque ad c. 11 in iis, quae non veniunt ab interpolatione, aperte pendet ex libro classis primae Heidelbergensis simillimo, quocum consentit tam in erroribus (v. p. 8, 5. 12, 10. 58, 3. 64, 8. 81, 10) quam in defectibus (p. 10, 8. 19, 5. 54, 19 — 55, 4. 57, 10) etiam iis quos explet Bernensis. deinde fere a c. 12 constantius librarius mancipavit se interpolatori fitque codex similimus Angelomontani. — Parisinus contra n. 6810 quodammodo geminus cum altera ex parte principatum obtineat inter interpolatos, ex parte altera pendet ex libro classis secundae tali fere, quales sunt Leidensis vetustus et Parisinus 7230 A\*), id est descripto ex exemplo familiae secundae, sed in margine et inter versus adscriptas habente lectiones familiae interpolatae. fuit autem archetypus ille liber perbonus Leidensique vetusto aut aequiparandus aut etiam anteposendus, ut per hunc parentem Parisinus quibusdam locis eximia habeat et plane singularia, sicut mox videbimus. ne autem credas quae sunt in margine Parisini (nobis *P*<sup>2</sup>) ex interpolata recensione proficisci, ex altera lectiones in textum receptas (nobis *P*<sup>1</sup>), repperi alterius utrius familiae lectiones, ubi non in textu leguntur iuxta positae, modo hoc modo illo loco relatas nullo delectu. — Non recte igitur fecit Salmasius, cum editionis suae fundamentum esse voluit hunc librum omnino contaminatum quique etiam alia certissima duplicis vel adeo triplicis originis indicia prae se ferat. nam et librarius in adnotatione

Sangallensis  
origo secunda  
ex cl. I.

Parisini origo  
secunda ex cl. II.

\*) Propius ad Parisinum 7230 A accessisse videtur archetypus Parisini 6810 quam ad Leidensem nostrum; certe p. 113, 8, ubi Leidensis legit *dum non*, Parisini 6810. 7230 A habent lectionem magis corruptam *dudum non*.



expressa a nobis p. 236 quae videtur translata et ipsa ex archetypo, ita provocat ad *codicem vetustum verae fidei*, ut inde intellegatur archetypi scriptori plurium copiam fuisse: et praefationem alteram, quae non reperitur nisi in libris ordinis tertii, habet quidem Parisinus a prima manu scriptam, sed in folio praemisso quaternioni primo, qui quaternio incipit ita ut incipere solent libri ordinis secundi: et in libro extremo cumulavit librarius non duarum tantum, sed omnium trium familiarum subscriptiones (p. xxxvi), licet primae vestigia in lectionibus rarissime (cf. p. 66, 6) deprehendas. sed habet tamen Salmasius, quo excusetur: nam negari non potest complures locos in reliquis omnibus libris corruptos in solo Parisino \*) modo in textu modo ad marginem legi aut emendatos aut emendatae lectioni proximos, ut sunt hi:

Parisini libri  
propria.

	corrupta lectio:	lectio Parisini:
p. 11, 10	<i>ifitus</i> (vel <i>picus</i> ) <i>filius eius</i> cl. I. II, <i>istius eleus</i> cl. III	<i>ifitus eleus</i>
p. 22, 23	<i>alectorius</i>	<i>alectoria usus</i> . Cf. rubr. p. 239, 3
p. 37, 17	<i>leucotiam</i> vel <i>leocotiam</i>	<i>leucosiam</i>
p. 96, 15	<i>gensclitheron</i> vel <i>gensclithon</i>	<i>gesolithron</i> ; verum est <i>gesclithron</i>
p. 112, 12	<i>manifestaturu</i>	<i>manifestat ara</i>
p. 121, 8	<i>progressus</i>	<i>progressos</i>
p. 135, 3	<i>dilaniatus</i> cl. I. III, <i>lancinatus</i> cl. II	<i>dilancinatus</i> cum Aldhelmo
p. 142, 9	<i>apollinis</i>	<i>apellis</i>
p. 164, 9	<i>undique</i> , id quod legit iam Isidorus	<i>indique</i>
p. 170, 5	<i>radia</i> ( <i>india</i> ) <i>abnuir</i>	<i>radi abnuir</i>
p. 190, 15	<i>pugnam tam malam pugnam</i> L, <i>pugnatum mala pugna</i> H, <i>tam malam pugnam</i> SA	<i>pugnatam malam pugnam</i>
p. 214, 7	<i>materia</i>	<i>materiae</i>
p. 215, 14	<i>omnem</i>	<i>omne</i>

\*) Asseclas excipio Parisini 6810 emendatores Leidensis vetusti et Parisini alterius 7230 A. ita legit p. 112, 12 *manifestat ara* uterque,

ut huius codicis librarius necesse sit aut adhibuerit libros nostris meliores aut mira sollertia felicitateque auctorem emendarit aut denique fecerit utrumque. de coniecturis autem eo magis cogitare licebit, quod locis non paucis idem librarius similiter verba emendare voluit successu minus felici:

	traditur:	Parisinus legit:
p. 34, 12	<i>ioui</i>	<i>ibi</i> , fortasse vere
p. 57, 2	<i>aetna</i>	<i>henna</i>
p. 70, 14	<i>Thessaliae</i> (vel <i>Thessali</i> ) <i>Epi- rotae</i>	<i>thessali et epirotae</i>
p. 81, 18	<i>dulcem</i>	<i>ducem</i>
p. 113, 8	<i>dum non</i> (debuisset esse <i>Dum- noni</i> )	<i>dudum non</i>
p. 119, 7	<i>myrteum</i> lectum Isidoro	<i>myrtoum</i>
p. 148, 18	<i>parua</i>	<i>nulla</i>
p. 155, 18	<i>indigentes</i> vel <i>inde gentes</i> (de- buit esse <i>indigetes</i> )	<i>indigenae</i>
p. 160, 15	<i>populatis uitalibus</i>	<i>populatus uitalia</i>
p. 171, 17	<i>successit Hierichus</i>	<i>successit macherus</i> , emenda- tione petita ex Plinio 5, 72
p. 209, 18	<i>cum</i>	<i>quocum</i>

Sane librarius qui ut hanc recensionem perficeret tres trium ordinum codices contulit quique offendit in *populati* vocabulo passive usurpato et pro Hierichunte ex Plinio arcem Machaerum substituit, aliis locis verum invenire et potuit et debuit: sicut p. 168, 11 similiter *Panchaiam* pro *Prancthea* repperit scriba libri Sangallensis coniectura non minus aperta quam vera. nec dubito quominus pleraque ex iis quae supra rettuli vere veniant ex emendatione. sunt tamen quaedam, quae talem explicationem vix admittunt, maxime p. 96, 15. 135, 3; quibus accedit lectio marginis Parisini p. 90, 15 *stenonstoma* non vera, sed quae mire convenit cum Ammiano. denique Halieuticon fragmentum non Solinianum, sed cum Solinianis traditum cum in reliquis libris qui quidem

---

p. 22, 23 *alectorio* (sic) *usus* margo Par. 7230 A. sed in singularibus hisce tam plenitate quam bonitate lectionum uterque cedit Parisino 6810: ita p. 11, 10 *iftus eleus* in hoc solo extat.

hodie noti sunt admodum corruptum sit, in hoc solo legitur fere emendatum neque ex ingenio, sed tractum a meliore exemplo. qua propter sic mihi rem animo informo auctorem huius recensiois virum doctum saeculi fere noni ut in aliis omnibus ita etiam in libris quos sequeretur deligendis curiosum nactum esse codices iis quos habemus non in summa re sed in paucis minoribusque fere emendatiores et tam his libris usum quam coniecturis textum suum constituisse.

Sed ut redeamus ad classem interpolatam universam, iam patefactum est unde sumenda sit ea quam interpolator ponere voluit lectio: servant eam codices Parisinus Sangallensis Angelomontanus plerumque omnes tres, interdum vero duo soli vel adeo singuli (ut e. c. solus P eam exhibet p. 145, 1) et ita, ut omnes, maxime duo primi subinde aut ad lectionem deflectant familiae diversae aut, id quod saepius fit, duarum familiarum lectiones coniungant. quare nisi adsumptis libris ordinum primi et secundi quid huic classi proprium sit certa ratione non discernas. quae omnia cum explicari omnino nequeant nisi lectiones has in marginem primum, deinde in orationis tenorem admissas esse statuamus, quodammodo de totius generis vi et natura praeiudicium faciunt, quod iam videndum est num confirmetur ipsis his lectionibus consideratis et expensis.

Interpolationes  
cl. III minores.

Sunt autem interpolationes de quibus agimus generis duplicis: nam aut substituuntur verbis Solinianis alia ad sententiam non diversa locutionibus tantummodo immutatis aut adiciuntur res a Solino praetermissae. et illarum quidem interpolationum minorum quaenam ratio sit, evidentissime apparabit subiectis exempli loco iis quaeprehenduntur in brevi capite vigesimo nono:

p. 144, 9 *inaestuet* cl. I. II, *aestuet* SA.

*algore inhorrescat* cl. II, *algurescat* cl. I,  
*alguine horrescat* SA; fuit fortasse olim  
*algu inhorrescat*.

10 *tam brevi curriculo* cl. II, *in tam brevi cur-*

*riculo* (articulo Bern.) cl. I, *in articulo temporis* SAP<sup>1</sup>.

p. 144, 11 *dissonam* cl. I. II, *dissonam sui* SAP.

15 *caelesti* cl. I, *et caelesti* cl. II, *a caelesti* SA.

18 *incalescere* cl. I. II, *excandescere* SP<sup>2</sup>.

20 *incanduerunt* cl. II, *incanduerit* cl. I, *inca-  
luit* SA, *inclaruit* P<sup>1</sup>.

p. 145, 1 *hiemales* cl. I. II, *glaciales* SA.

2 *ut hauriri etiam a sitientibus non queat*  
cl. I. II et SA, *ut fluorem suum prohibeat  
hauriri* P<sup>1</sup>.

3 *calet* cl. I. II, *calescit* SAP.

9 *dissoluta est* cl. I. II, *interiit* SA.

15 *prona ad humum cornua* cl. I. II, *prona in  
(ad P) humum cornua et obnixa* SAP.

Huius generis amplificationis et immutationis quaevis pagina offert exempla complura, cum perpauci sint loci in hac recensione in brevius contracti, ut p. 153, 8 verbis Solini ex Plinio fere desumptis *a Canopo . . . sepulto in ea insula quae ostium Nili facit* interpolator substituit *a Canopo . . . ibi sepulto*. de illis autem vix erit qui aliter iudicet in universum ac iudicavit emendator libri Leidensis, qui ubi primam eius generis lectionem (p. 4, 11) ad marginem rettulit, subscripsit ei: *glosa est*. rem abunde declarat comparatio auctorum antiquorum cum eorum quos Solinus compilavit tum qui Solinum compilarunt: nam paucissimis locis exceptis cum libris generis primi secundique faciunt contra tertium. ita ut paucis defungar p. 86, 15 commati *ut altior aestimetur quam unde imbres cadunt* ad verbum fere desumpto ex Mela classis tertiae libri substituunt *ut nubes supervadat*; p. 111, 16 quae leguntur *Pannonia viro fortis et solo laeta* totidem fere verbis repetit Isidorus, cum libri interpolati SAP longe discedant: *dehinc Pannonia* (vel *Pannoniae*) *viro fortis (fortes) solo plano uberique* (vel *ubertoque*); p. 112, 16 *pecua nisi interdum* citat Priscianus in institutionibus ad verbum ut exhi-

bent classes prima et secunda neque agnoscit quae addunt libri interpolati *ibi et aestate*. unde iam Salmasius p. 1178: *in priore editione*, inquit, *Solinus non res tantum, sed ipsa paene ubique Plinii verba usurpaverat, ut ex sescentis locis verum esse scimus: in posteriore res retinuit, verba immutavit*, recte omnino, ubi pro priore editione substitueris libros sinceros, pro posteriore interpolatos. illam de duplici editione opinionem praeter alia vel maxime refutat, quod qui aetate Romana Solinum compilaverunt ad unum omnes (nam in censum non veniunt loci solitarii nec satis certi ut Isidorianus allatus ad p. 93, 10) stant cum libris ordinum duorum primorum contra tertium: illos omnes qui usos esse credat editione priore ab ipso auctore reiecta, is ridendus magis erit quam refutandus.

Interpolationes  
cl. III maiores.

Pergimus ad interpolationes maiores, quas composuimus p. 233—237, ex parte iam admissas, sicut supra exposuimus, in familiam secundam, in tertiam vero receptas omnes. eae ita comparatae sunt, ut post ea quae supra de earum parte diximus, de toto genere non multa dicenda restent. praefatio altera primum habet inscriptionem eandem quae est in priore *Advento* absurde, cum ex ipsa extrema pateat utramque editionem duobus diversis dedicari: unde codices duo infimae notae Ambrosianus C. 246 inf. saec. XIII et Parisinus Lat. 11206 saec. XV alteram praefationem inscribere maluerunt *Herennio oratori*. deinde quod ait auctor praefationis librum antea editum esse *impolitum* et *scabrae informitatis*, nunc vero *inchoatae rei summam manum imponi*, omnino index est et quasi quaedam praedicatio et commendatio minorum de quibus modo egimus interpolationum, ut his damnatis actum sit de praefatione quoque *operis recogniti*. quid quod mutatio indicis, qui ex *collectaneis rerum memorabilium* iam fit *polyhistor*, plane eundem prae se fert auctorem, qui per totum librum vocabula vocabulis mutavit. est autem ea mutatio non minus absurda quam retentum nomen *Adventi*: *Polyhistoris* enim appellatio non libro.

convenit, sed libri auctori, neque aliter usurpatum invenitur antiqua aetate, maxime de Cornelio Alexandro appellato Polyhistore cum aliis tum Plinio, a quo interpolator vocabulum videtur sumpsisse. denique in eadem praefatione commendata additamenta maiora, *quae ad incrementum cognitionis accesserunt cura longiore*, sane perpauca nec tanto hiatu digna habent multa quae offendant. Britannica supplementa omnium primaria cur abiudicanda sint Solino, supra iam p. XLVII sq. docuimus. nec magis eiusdem esse longam de hebeno narrationem p. 237, 11—25 ostendit loci Pliniani, quem hoc loco Solinus exscripsit, comparatio cum recensione utraque: nam eorum, quae altera addit, apud Plinium vestigium nullum invenitur. denique omnino interpolatoris est, non ipsius auctoris, quod locum de cinnamo a Solino ad caput de Aethiopia relatum et ibi retinuit et paucis immutatis in capite de Arabia iteravit (p. 236, 10—23). quocum recte comparabitur locus de monte Olympo a Solino collocatus in capite de Thessalia, ab interpolatore translatus inter Macedonica. — Ita quae in hoc librorum ordine adiecta mutatave reperiuntur qui non unum tantum alterumve locum inspexerit, sed universum genus diligenter consideraverit, omnia a Solino quominus abiudicanda sint non dubitabit.

Sed quo magis constat hosce libros in summa re fide carere utpote sedulo et perpetuo interpolatos, eo diligentius cavendum est, ne quae habent bona sibi propria simul contemnantur et neglegantur. nam supra iam docuimus non solum hanc librorum familiam verum servasse in locis permultis (p. XLII. XLIII) cum classe secunda contra primam, item in locis quibusdam (p. XLVII) cum prima contra secundam (eiusmodi enim consensus vel ex ipsa quam haec classis subiit contaminatione repeti potest), sed etiam non paucis locis, ubi classes duae potiores eodem errore errant, deteriore hanc solam verum exhibere (p. XLIV). quid quod extat locus p. 177, 13, ubi quaedam verba omissa a classibus duabus melioribus

Codicum cl. III  
utilitas.

et in sola tertia servata ita defenduntur a Plinio Priscianoque ut ea a Solino abiudicare non sustinuerim. denique quamvis interpolatorem a coniecturis non abstinuisse probabile sit et pravarum quoque quaedam licet perpauca exempla inveniantur (ut p. 122, 19 *Rutulorum* pro *Autolorum*), tamen qui vel solos locos speciminis loco supra propositos examinarit, recensionem hanc sine libro a reliquis nostris diverso eoque perbono perfici potuisse omnino negabit.

Interpolationis  
origo et aetas.

Superest ut inquiramus in interpolationis originem et aetatem. quod si testimonia externa circumspicimus, Priscianum quidem, cum in institutionibus scriptis ante a. p. C. 526 plerumque citet Solini librum sub nomine primitivo, semel praeterea afferre vidimus (p. xxxvi) etiam secundarium Polyhistoris cum interpolatione arte coniunctum. at huic testimonio cave nimium tribuas: nam quos habemus codices Prisciani et ex eodem Theodori libro omnes descendunt nec superant saeculum nonum suntque vel antiquissimi eorum glossis iam additamentisque referti, ut cum ex septem locis, quibus Priscianus operis titulum ponit, Polyhistoris inscriptio uno solo ibique secundarie tantum citetur, hanc ab interpolatore proficisci iure suspicere. quare non opus est eo confugere ut statuamus Polyhistoris fuisse nomen secundarium in scholis grammaticorum Byzantium Solini libro inditum, quod aut ex scholastica traditione aut ex hoc ipso Prisciani loco sibi notum interpolator cupide arripuerit, ut suam editionem Graeca elegantia intitularet. — Sed magis quam testimonium illud non tam Prisciani quam eius librariorum vetustatem interpolationis demonstrat librorum interpolatorum condicio quos vidimus descendere ex archetypo originis propriae et longe optimo: quid quod uno loco p. 226, 4 glossemate carent, quod occupavit non solum primae et secundae classis libros, sed etiam eum quo usus est Capella, ut vel ea propter interpolatio et ipsa credenda sit perantiqua. — Codices quibus continetur si quidem iis adnumerabimus Leidensem

partem eius continentem in capite de Britannia, accedunt ad saeculum nonum. — Ab externis his ut pergamus ad rationes interpolandi et res additas expendendas, similis interpolatio in hoc certe litterarum Latinarum genere quod quidem equidem sciam praeterea extat nulla. primum ubi quaerimus quo consilio interpolator tot locos mutarit, aperte non hoc egit, ut difficilia explicaret, sed magis ut auctori etsi suoapte ingenio a putidis sermonis elegantibus minime abhorrenti tamen tanquam nondum satis compto et ut ipse in praefatione ait 'impolito' adhuc calamistros inureret et 'scabrae informatiis prodictionem' novis argutiis 'extingueret', maxime vero ut suam orationis copiam ostentaret. nam persaepe quae reposuit nec meliora nec faciliora neque exquisita reconditave magis sunt. quam quae delevit, sed tantummodo alia, ut grammaticum aliquem deprehendere tibi videare pueros exercentem exercitio vocabula substituendi pro vocabulis. orationem autem in tali negotio cum debeamus exprimere ipsius auctoris, non mirum est in interpolationibus tam maioribus quam minoribus sermonem deprehendi plane Solinianum et, ut ipse Solinus sui simia est et quarum in verbis sententiisque elegantiarum ei copia est eas identidem legentibus obtrudit, ita hunc hominem invenit sui admiratorem et imitorem, ut rariora quae apud eum leguntur pleraque repetas ex Solino genuino\*). unde magna cautione opus est, si quis ex sermone iudicare velit de interpo-

Interpolationis  
consilium et  
ratio.

\*) Conferantur exempli causa *ambitio tergorum bubulorum* p. 234, 22 et *ambitio extimae cutis* p. 172, 19; *mediale* p. 237, 17 et p. 109, 17; *in crassitudinem extuberari* p. 236, 14. p. 237, 14 et p. 152, 4; *honorari deponens* p. 237, 25 et p. 32, 9. 42, 1; *candicare* p. 234, 18 et p. 46, 3. 169, 12. 200, 9. 221, 12; *nitella* p. 234, 20 et p. 116, 11 sensu tamen aliquantum diverso. alia interpolatori propria: *porro esse de loco* p. 235, 12 expressum fortasse ex Vergilio Aen. 6, 711 (nam etiam in interpolationibus minoribus deprehenditur interdum color Vergilianus, ut p. 180, 11), *compercere* p. 235, 23, *Pomona* pro fructuum proventu p. 235, 21, *ubertus* pro ubere p. 234, 9 aetatem vix accuratius definient.



Auctores ab  
interpolatore  
citati.

lationum aetate: quamquam ex meo quidem iudicio quae interpolator posuit non multo deteriora sunt Solinianis genuinis et vix usquam offendes in interpolatis barbarismos ab aetate Romana infima scilicet abhorrentes. — Tutiora indicia praebent auctores, quorum copiam apparet fuisse interpolatori, resque ab eo allatae. et primum Plinii historiam naturalem, quam Capellam quoque et Isidorum una cum Solino versavisse excerpta eorum ostendunt saepe mixta ex Plinianis et Solinianis, adhibuit etiam interpolator, nam inde habuit locum de vimineis navigiis p. 234, 21. deinde citat Aristotelem p. 235, 9, falso tamen, cum apud eum haec non legantur, legantur contraria. multo maioris momenti est locus de anno natali Alexandri Magni p. 237, 1, quem affert interpolator ex Nepote, scilicet ex eius chronicis, ab alio nemine auctorum quos habemus relatus (v. in ed. Nepotis Rothiana p. 179) et omnino genuinus. nam et annus quem prodit u. c. 400 = Ol. 106, 3 nisi verus, tamen vero Ol. 106, 1 proximus est nec consulum nomina ibi relata ullo alio, qui quidem hodie supersit, loco tam plena et perfecta leguntur: in anno autem urbis conditae quod erravit non Nepos, sed qui Nepotem exscripsit, numerum ponens CCCLXXXV pro CCCC, eiusmodi errores constat aetatis infimae auctoribus omnibus communes esse et fere sollemnes (v. chronol. Rom. meam p. 130). quare licet minime sequatur ipsa Nepotis chronica adhibuisse interpolatorem, certe hoc sequitur interpolationem originis esse minime recentis. — Ad res ubi accedimus, sunt quaedam quae Christianum auctorem prodere videntur, ut *gentilia vota* p. 234, 15, *detestabilis sacrorum ritus* p. 234, 4 de hostiis humanis, *commoveri in feminam* p. 235, 7 locutione aetatis maxime christianae. sed talia facile fallunt nec nego etiam paganum hominem haec scribere potuisse. — Linguae Graecae aliquem usum prodit adnotatio de insula Planasia p. 233, 29. plus fortasse momenti habet additio ad locum de Blemyis p. 236, 5 aperte inde orta,

Interpolator  
num Christianus.

Blemyes inter-  
polatoris.

quod interpolator bene norat Blemyas degentes in Aethiopia nec sane capite truncos, quorum captivos ab imperatore Probo missos Romam urbani homines mirati sunt (Vopiscus Prob. 17 coll. Aurel. 33; Zosimus 1, 71) et quibuscum etiam post Probum saepe actum bellatumque est ad aetatem usque Iustiniani (Mamertinus genethl. Maximiani 17, 4; Prisci exc. 11 p. 153 ed. Bonn. cum nota Valesii; Olympiodori exc. p. 465 ed. Bonn.; Procop. bell. Pers. 1, 19; C. I. Gr. n. 5072): denique Blemyes hi cum interfecerint c. a. 373 in Arabia ad oram maris Rubri Pharanitarum eremitas quadraginta mox relatos inter sanctos (Tillemont *hist. des emp.* 5, 106; *mém. eccl.* 7, 573), memorantur etiam a Christianis auctoribus cum Graecis tum Latinis, ut Sulpicio Severo (dial. 1, 22). — Quod autem non solum locos de cinnamo, quod pro Aethiopia tribuit Arabiae, et de pipere interpolator retractavit, sed adiunxit narrationem de hebeno Indiae nescio unde petitam, convenit aetati inter Romanam nostramque intermediae sollicite quaerenti de mercium ex oriente advectarum natura et origine. — Denique intulit capiti de Gallia lacus Brigantini laudes, laetos campos Norici subalpini, cogitans opinor de Iuvavensibus, planitiem Pannoniae cum fluviis Dravo et Savo. item de Hiberniae incolis narrat non pauca, quorum quaedam ex Plinio petita esse vidimus (p. LXVII), alia de fructuum proventu et de feminarum usu communi componi poterunt quodammodo cum iis quae de Caledoniis scribit Dio (76, 12; cf. Caes. bell. Gall. 5, 14), pleraque vero non leguntur praeterea apud quemquam et auctorem prae se ferunt Hiberniae pergnarum. itaque cogitationi statim subeunt monachi illi Scoti ex patria insula Hibernia ab sexto inde saeculo excurrentes in continentem, Columbanus Brigantiae moratus per triennium eiusque discipuli sociique. quorum ut constat de studiis Vergilianis, ita fieri potest, ut horum aliquis Solinum recensuerit eaque in margine scholia addiderit, quorum deinde particula illata est in familiam secundam, uni-

Interpolatoris  
Britannica simili-  
liaque.

versa farrago in tertiam. neque quidquam inter insiticia haec extare puto, quod aut infra hanc aetatem sit aut supra. nam quae ex illo tempore ad nos pervernerunt, persaepe continent testimonia veterum aliunde ignota: sic plane similiter codices Prisciani quidam deteriores neque in suo genere Solinianis de quibus agimus comparandi referunt locum Alfii Aviti (ad 4, 29 p. 134, 3 Hertz) poetae vetusti et parum in vulgus noti\*). quod si eius aetatis sunt, quam modo definivimus, id est sexto fortasse saeculo conscriptae, glossae hae non ita spernendae sunt ut merito spernuntur vulgares post Romanam aetatem adiectae, sed a lexicographis certe expendendae: eaque inter alias causa me movit, ut quarum mihi copia fuit eas in hac editione exhiberem omnes.

Editionis consilium.

Auctores Solini comparati.

Pergo ad exponendam huius editionis rationem et condicionem. — Crisis Solinianae vel maximum adiumentum positum est in comparandis locis aliorum veterum auctorum cum iis, quos ante oculos habuit Solinus vel potius auctor Solini, tum iis, qui ex Solini auctore ipsove Solino fluxerunt. prioris ordinis locos ad marginem interiorem adscripsi a me enotatos, magnopere adiutus in ea inquisitione cum doctrina et industria Salmasii tum accuratis indicibus, quos Otto Schneider adiecit ad Plinii editionem Silligianam. quod si quid praetermisi, operam huic rei impendens non indiligentem, sed subitariam, velim excusent ii qui supplebunt. longe pleraque certe ad suum auctorem revocata sunt itaque effectum, ut et certius et commodius utare scriptore eo, cuius usus nullo loco non pendeat ex quaestione

---

\*) Conferri poterunt praeterea glossa illata in Velleii librum Mur. bacensem ex opere paucis lectitato Aemilii Surae (v. quae dixi in mus. Rhen. novo 16, 282) quaeque habentur similia in Plinii historiae naturae libris supra iam obiter commemorata (p. xxix), ut adnotatio ad 7, 55 in uno Chiffletiano et ad marginem quidem reperta, quam vetustam esse patet, Plinii esse non credo Detlefseno Ulrichsioque (mus. Rhen. nov. 18, 232. 528).

auctoritatis. ceterum circumscripta est haec inquisitio, ut supra dixi, voluminibus Plinii senioris et Melae. — Eorum vero auctorum, qui expilarunt aut opus, cuius Compilatores Solini comparati. epitomen Solinus confecit, Appuleii et Ammiani, aut ipsam epitomen Solinianam, Augustini Capellae Prisciani Isidori Aldhelmi Bedae locos ea diligentia eoque iudicio quibus pollebat conghesserat Carolus Ludovicus Roth Basileensis. quibus ego ita usus sum, ut singulos denuo exigerem et reicerem non desumptos ex Solino, qui inter adnotatos a Rothio utpote in opera inchoata erant non pauci, procul habendos omnino a crisi Soliniana. nam id quod supra (p. xxxii) significavi, qui Solinum usurparunt auctores fere omnes Augustinus Capella Isidorus Dicuil denique, quamvis Plinii librum nacti epitoma Soliniana facile carere potuisse videantur, tamen perpetuo fere simul adhibuerunt Plinium et Solinum, ut eiusdem commatis saepe alteram partem ad hunc, alteram ad illum revoces. unde magna cautione opus est in excerptis illis recte aestimandis et ad suum quodque locum referendis, id quod in Capella diligenter fecit Frid. Lüdecke libello supra p. xxxi citato. — Ceterum vix opus est monere, quanta sit auctoritas et utilitas horum utriusque generis testimoniorum, a quibus non solum iudicium de libris in universum vel maxime pendet, sed etiam multis locis lectio emendatur (v. p. xxxiii) vel confirmatur. quamquam ne ab his quidem Solini libris antiquissimis afuerunt errores, sicut constat de Capelliano ex p. 226, 4, suspicere etiam de Isidoriano ex p. 164, 9. editiones autem ne fallerent neve, id quod saepe factum est, lectiones vulgo admissae, sed auctoritatis incertae ex alio auctore in alium propagarentur, quantum potui cavi, adhibitis etiam in Mela Ammiano Capella editorum futurorum amicorum meorum subsidiis criticis. desideravi tamen apparatus pleniorum et certiorum maxime in Plinio et in Isidoro.

Post antiquissima illa scripturae Solinianae testimo- De codicum di-  
nia succedunt libri scripti. ante omnia curandum fuit, visione et elec-  
tione.

E\*

ut in tanta librorum copia, quantam testantur bibliothecae maiores omnes, maxime Gallicae Germanicaeque, primum genera recte constituerentur, deinde in suo quique genere optimi dignique qui ordinem ducerent conferrentur accurate. et de generibus decum esse existimo: quas enim de iis leges posui, iis reguntur codices saeculo XII antiquiores quos novi ad unum omnes. neque ignorarunt Solinianorum librorum tria genera saeculi X grammatici, sicut similem libelli Ciceroniani de senectute condicionem eos optime novisse et ad eam notitiam crisin exercuisse nuper demonstravi (v. acta acad. Berol. 1863 p. 10 sq.): nam pariter ac Catonis maioris extant Solini codices non pauci ea aetate collati cum libro uno vel adeo duobus familiae diversae. recentiores autem libri cum magna ex parte descripti sint ex codicibus eiusmodi varia lectione instructis, necessario accidit, ut in iis tres illae familiae plerumque contaminarentur. — Magis anceps res fuit ex generibus illis tribus optimos quosque seligere nec potuit in ea re, maxime in auctore minime digno, propter quem orbis terrarum peragretur, nihil dare casui. equidem primum hanc mihi legem posui ut in singulis classibus codices adhiberem non plus binos, cum longe plurium copia mihi esset. hoc enim me docuerunt ii quorum in hac re apud me valet auctoritas, codicum generibus recte distinctis pauca in unoquoque exemplaria sufficere inutilibusque adscitis utilia non adiuvari, sed obrui cum ingenti prudentis lectoris taedio, imprudentis autem ad inanes ariolationes invitatione, ut quodammodo simplex desidia laude digna videri incipiat prae hoc desidia genere id agendi quod nihil est. selegi itaque ex prima familia Heidelbergensem et Bernensem, ex secunda, quae omnium maxime abundat exemplis antiquis et accuratis, Leidensem vetustissimum et Guelferbytanum, ex tertia Angelomontanum et Sangallensem. accessit his Parisinus 6810 Iani instar biceps et altera quidem facie secundam, altera tertiam, utram-

que autem optime repraesentans, propter singularem suam non dico bonitatem, sed indolem dignus visus, qui totus conferretur. inter pares usus sum praesertim parabilioribus iisque quos collatos habebam a Rothii industria tam gnava quam docta, denique iis qui primi oblati sunt: nec tamen in iis libris, quos postea vel ipsos versavi vel per specimina inde missa exploravi, quidquam repperi, cur illius electionis paeniteret. hoc vellem mihi contigisset, ut primae classis praeter Heidelbergensem alterum codicem nactus essem nisi eo vetustiore, certe aequae intemeratum, id quod de Bernensi dici non potest: itaque solos fere ex iis quorum mihi copia non fuit desideravi cum Casinatem librum tum multo magis Burdigalensem Eliae Vineti. quamquam multum ne ex tali quidem teste Solinum profecturum fuisse Dicuili cum Heidelbergensi consensus satis ostendit. hoc autem omni cura egi, ut librorum selectorum lectionem exhiberem certam et plenam, qua in re me adiuvit, quod ex septem libris illis quattuor habui ab Rothio non tantum collatos, sed quodammodo descriptos exemplaribus quattuor editis ad illos emendatis, tres reliquos donec liber excuditur domi tenui. variam lectionem in tantam molem excrevisse, quantam margines monstrant, ne mihi quidem placet, sed non potuit evitari: supervacaneis autem ne liber oneraretur, vulgatam scripturam, quae est fere Salmasiana, ne iis quidem minime paucis locis attuli, ubi expelli debuit nullo ex melioribus libris cum ea consentiente.

Ita materia parata accessi ad orationem constituentem. id officium in Solino hoc proprium habet, quod totum consistit in eligenda ex traditis lectione vera, coniectandi autem fines tam anguste pateant, ut paene verear, ne iis haec mea opella parum probetur, qui auctorum recognitiones aestimare solent ad numerum locorum emendatorum sine exemplo. certe quamquam non desunt loci in omnibus libris pariter corrupti (specimen dedi supra p. xxxiii), tamen ego novi nullum ex

De coniecturis.

auctoribus Latinis profanis, qui eius generis tam paucos habeat: neque ullo opinor certiore documento constat id quod fere de auctoribus omnibus verum est libros nostra aetate superstites descendere omnes ex eodem exemplo non perantiquo nec parum corrupto, non cadere in Solinum, sed eum ad nos pervenisse traditione duplici ex archetypis duobus redeuntibus ad exemplum antiquissimum non omni menda immune, sed tamen fere emendatum et ab auctoris libro proxime remotum. proclivem denique in tali praesertim auctore errorem, ut quae ipse peccavit librario imputata tollas, cavere quidem volui reliquique propterea vel talia, qualia leguntur p. 100, 1. 185, 20. 202, 20 \*) omnino apud scriptorem vel modicae bonitatis intolerabilia, sed tamen fortasse sic edita a Solino: vereor tamen, ne quibusdam locis ut p. 27, 8. 164, 9, fortasse etiam p. 168, 1 praeter rationem emendatorem egerim. turbae autem inde nullae orientur, cum asteriscus coniecturas distinguat et lectores moneat, ne inconsulto lectioni confidant. — In electionis autem negotio, in quo res est universa, primum tenendum est non tam singulorum codicum lectiones, quam familiarum componendas esse itaque ubi duo ordines et tertii pars consentiunt, huius reliquos libros non esse audiendos. quamquam interdum aliter statuendum est, scilicet in magna erroris proclivitate: ut p. 59, 16 verum *haemachates* pro *achate* legitur in solo Guelferbytano, cum praecedens *odorem* tam in Leidensi quam in duabus aliis classibus primam syllabam absorberit; item p. 66, 6 *leleges* servant Heid. et Paris. soli, cum in reliquis abierit in *leges*. sed haec rarissima sunt et fere singularia, nam variae lectiones paullo graviores ubi existunt, semper fere ita comparatae sunt, ut aut ex tribus classibus duae contra unam stent aut quot classes sunt, tot item sint variae lectiones. et ut pri-

Codicum singularium lectiones relectae.

\*) Ibi interpolata lectio per se longe praestat, cum praesertim undique secus redeat apud Solinum p. 140, 19 et apud Capellam, v. Oudendorp ad Appuleii metam. 1, 22 p. 92.

mum videamus de illo genere diversitatis, quamquam  
 ex tribus classibus nulla neque propriis laudibus caret  
 neque propria interpolatione, tamen patet ex iis quae  
 supra exposuimus tertiam data opera pessumdatam esse  
 perpetua fraude. quas interpolationes deprehensas cum  
 ex consensu classium primae et secundae in contrarium,  
 tum ex sua indole et natura, licet magna ex parte ne  
 a Salmasio quidem reiectas, quippe qui maxime secutus  
 sit librum huius generis Parisinum, nos constanti con-  
 silio expulimus neque ab hac lege, ut in adiectis omis-  
 sis mutatis non interpolatos sequeremur, sed sincerio-  
 res, nisi paucissimis locis discessimus, ubi auctorum  
 loci comparati ita suaderent. sed longe minus expedita  
 res est, ubi non interpolatio grassata est, sed librariorum  
 negligentia. nam quod simplicissimum foret, ut ex tri-  
 bus testibus duo consentientes semper vel fere semper  
 tertium vincerent, id supra vidimus lectionum naturam  
 nequaquam admittere: licet enim saepissime duae clas-  
 ses in lectione vera consentiant contra tertiam, tamen  
 vidimus item multis locis iisque a coniecturae suspicione  
 omnino alienis e contrario duos testes fallere, tertium  
 verum dicere. ita ut exempla quaedam repetam ex  
 supra prolatis, p. 146, 18 *quiddam* (sive *quidam*) *impe-*  
*rite* cl. I. II male, recte cl. III *quidnam imperitet*; p. 32, 3  
*in curia* cl. I. III male, recte cl. II *in cypria*; p. 77, 1  
*aratores* cl. II. III male, recte *aroterres* cl. I: ut neces-  
 sario statuendum sit antiquissimo tempore, id est sae-  
 culo fere octavo libros Solinianos contaminationem sub-  
 iisse ab ea, quae tribus nostris familiis innixa a saeculo  
 inde decimo coepit, omnino diversam. illa qualis fuerit  
 cum demonstrari nequeat, qualis esse potuerit patefacit  
 schema subiectum.

Interpolationes  
expulsae.

Classium dua-  
rum contra ter-  
tiam consensus  
quam saepe fal-  
lat.



<div style="display: flex; justify-content: space-around; align-items: center;"> <div style="text-align: center;"> <b>A</b> { integer neque interpolatus quidnam imperitet cypria aroteres         </div> </div>		
<hr/>		
<div style="display: flex; justify-content: space-around; align-items: center;"> <div style="text-align: center;"> <b>B</b> { mutilus neque interpolatus quidam imperite curia aroteres         </div> <div style="text-align: center;"> <b>C</b> { integer cum interpolationibus in margine quidnam imperitet cypria aroteres         </div> </div>		
<hr/>		
<b>D</b>	<b>E</b>	<b>F</b>
archetypum cl. I	archetypum cl. II em. ex C	archetypum cl. III em. ex C
mutilus remansit	lacunae suppletæ ex C	lacunae suppletæ ex C
interpolationes nullæ	interpolationum particula recepta	interpolationes receptæ omnes
quidam imperite	quidam imperite	quidam imperite
curia	cypria	curia
aroteres	aroteres	aroteres

Descenderunt ex communi omnium nostrorum librorum archetypo *A* ad Solini aetatem proxime accedente libri duo *BC*\*) summopere diversi, alter *B* mutilus folio paenultimo amisso, integer alter *C*, ille ab interpolationibus alienus, hic glossas additamentaue ea de quibus supra vidimus ad marginem habens, praeterea corrupti diversa ratione. ille autem mutilus *B* saeculo octavo pro illorum temporum condicione satis notus videtur fuisse et saepe descriptus esse, integer autem *C* diu latuit. quo invento saeculo fere nono ex tribus exemplis de mutilo illo sumptis unum *D* mansit in suo statu, unde originem trahunt classis primæ libri, duo alia *EF*, quæ classem secundam et tertiam generaverunt, emendata sunt ad librum *C*, sed diversæ. nam qui scripsit librum *E*, textum diligenter emendavit, glossas autem sprexit et additamentorum partem: contra codicis *F* librarius glossas libri *C* suo exemplo religiose intulit omnes.

\*) Licet etiam, si magis placet, classium secundæ et tertiæ diversitatem ita explicare, ut archetypa utriusque emendata sint ad exempla duo ex libro *C* ducta inter se diversa.

ita error communis classibus primae et secundae redit ad codicem *B*, emendatus est ex *C* in *F*, in *E*, cum pariter emendari posset, remansit: error communis classibus primae et tertiae item redit ad *B*, emendatus est ex *C* in *E*, remansit in *F*: contra errores communes classibus secundae et tertiae, qui sunt perpauci, veniunt ex *C* illati inde in libros inde emendatos *EF*. — Ad crisin autem hoc inde efficitur ubi duae classes contra unam stant, ibi lectiones magis ponderandas esse quam numerandas et licet in re pari duos testes potius secuti simus quam singularem, tamen in talibus iudicium semper ambiguum manere.

Denique aliis locis iisque minime paucis tres reperiuntur trium familiarum lectiones. quae diversitas ut recte percipiatur, apponere visum est primum locos quosdam selectos ex iis, ubi una ex tribus familiis verum servavit reliquis duabus corruptis diverse, tum locos quosdam, ubi tres classes tres habent corruptelas diversas. et verum quidem servavit familia prima sola locis inter alios his:

Classium trium  
lectiones tres  
diversae.

- p. 16, 25 *hominum* cl. I, *hominum materna* cl. II, *materna* cl. III; glossa *materna* videtur profecta non ex communi librorum archetypo, sed ex libro quem supra p. LXXII fecimus *C*.
- p. 77, 16 *criu metopon cum contra* cl. I, *crium metapontum contra* cl. II, *criu (eriu) metapon cum contra (citra)* cl. III.
- p. 122, 16 *spectanda nimirum ingenio loci* cl. I, *spectandum nimirum ingenio loci* cl. II, *ita spectando loci ingenio* cl. III.
- p. 125, 5 *aspersi* cl. I, *expersi* cl. II, *perspersi* cl. III.
- p. 180, 11 *reliquis anni temporibus* cl. I cum Isidoro, *reliqua amnis* cl. II, *reliqua parte anni* cl. III.
- p. 210, 5 *feritate* cl. I cum Plinio et Isidoro, *ferocitate* cl. II, *ferocia* cl. III.

ribus et adiaphoris maxime secutus sum Leidensem, vellem etiam constantius, quam factum esse video.

Restat, ut de editionis huius origine quaedam addam: nam vel ea habuit sua fata. consilium ceperant Solini recognoscendi eodem tempore Carolus Ludovicus Roth Basileae et Gustavus Parthey Berolini: mox vero hic de Rothii consilio certior factus quae ad eam rem pararat Rothio sponte dono obtulit. quae Rothius ita accepit, ut si quid sibi accidisset, collectaneorum suorum Solinianorum Partheium heredem faceret. quare Rothio morte immatura nec necessariis eius solis lugenda paulo post defuncto († a. 1860 Iul. 16) redierunt ad Partheium Soliniana non solum sua sed etiam Rothiana, praeclarum sane futurae editionis fundamentum. tractare igitur coepit Partheius Solinum, quem superadderet tot auctoribus utilibus magis quam bonis et propterea vulgo spretis, restitutis autem sua industria suaque in minimos quosque et debiles infra classem classicos indulgentia et quasi caritate: iamque editionem fere absolverat, cum de eius consilio et instrumento quid sentirem ex me quaesivit. ita ut obsequerem homini amico et familiari, in eam rem inquirere coepi cumque ei significassem apparatus nondum satis plenum mihi videri nec per eum liquere de fundamento editionis Salmasianae bonamque me spem habere de libris Parisinis et Leidensibus, quos tum non noramus nisi ex catalogis editis Salmasioque, obsecutus mihi est amicus meque rogavit, ut in instrumento augendo et in textu recognoscendo se adiuvarem: quod me facturum esse recepi. deinde vero opera procedente intelleximus tam in parvis rebus quam in magnis unum esse debere operis magistrum, itaque evenit, ut ego ex structore fierem architectus, amicus autem editoris persona deposita redemptor. patet tamen ex hac narratione si quid profecerunt litterae auctore diu neglecto iam ad libros scriptos exacto, eius meriti laudes non tam mihi deberi, qui postremam tantum et fere

subitariam operam Solino impendi, sed Carolo Ludovico Rothio et Gustavo Partheio, qui hanc editionem suis laboribus fundaverunt.

Indices tres auctorum a Solino citatorum, locorum a Solino compilatorum vel ex Solino desumptorum, denique nominum rerumque praecipuarum ut adicerentur curavit Partheius.

BEROLINI

m. Martio a. 1864.



## ELENCHVS SVBSIDIORVM.

I. AVCTORES ANTIQVI A SOLINO COMPILATI VEL  
SOLINIANORVM COMPILATORES.

**MELAE** chorographiam citavi secundum codicem primum Vaticanum 4929 saec. XI, quem Partheii in usum post Presselium (cf. mus. Rhen. nov. 2, 153) denuo diligentissime contulit a. 1858 Adolphus Michaelis.

**PLINII** naturae historiam adhibui secundum editionem Silligianam maiorem. Leidensem tamen librum primum (Voss. fol. n. 4 saec. IX, Silligio *A*, v. praef. eius vol. 1 p. v) ipse denuo cum cura contuli.

**APPVLEII** florida.

**AMMIANI** rerum gestarum libros adhibui ratione habita collati diligenter ab Aemilio Huebnero libri hodie primarii Vat. 1874.

**AVGVSTINVS** de civitate dei.

**MARCIANI CAPELLAE** librum sextum de geometria, qui solus continet excerpta ex Solino, adhibui ratione habita codicum Reichenaviensis hodie Carlsruhensis n. 73 saec. XI optimi et Darmstadiensis n. 2168 (olim Coloniensis n. 193) item saec. XI, quos libros accuratius quam a Koppio factum est collatos habui a Francisco Eyssenhardt.

**PRISCIANI** periegesis (Wernsdorf poet. min. vol. v p. 265 sq.).

**PRISCIANI** institutiones grammaticae ad ed. Martini Hertzii.

**ISIDORVS** de natura rerum ad ed. Gust. Beckeri.

**ISIDORI** originum sive etymologiarum adhibui editiones  
Arévalianam et Ottonianam. neutra tamen sufficit.

**ALDHELM**i epistolam ad Acircium adhibui secundum ed.  
in eiusdem operibus quam curavit Giles Oxonii 1844.

**BEDAE** historia ecclesiastica (opp. ed. Giles vol. II).

**SCHOLIA** **LYCANI** etsi praetermitti potuerunt et fortasse  
debuerunt, ea enim quae citant Solinum recentissima  
sunt, tamen quae inde afferri solent perpauca, ego  
quoque attuli secundum ed. Weberianam.

## II. CODICVM ORDO PRIMVS

### MVTILORVM.

**DICVIL** cum et multos locos ex Solino afferat et paucis  
exceptis non immutatos (quamquam subinde quaedam  
omisit vel aliunde inseruit ut p. 112, 10, leviter etiam  
interpolavit quae non intellexeret ut p. 155, 7), codi-  
cis instar est et huius quidem ordinis (v. p. XLII). usur-  
pavi editionem Letronniam (Parisiis 1814) ratione  
habita solius codicis Parisini 4806 saec. X notati a  
Letronnio nota A et a me quoque nuper inspecti: nam  
Parisinus alter Letronnii saec. XV omnino ex illo  
descriptus est. praeterea Walckenaerianam editionem  
(Paris. 1807) ad eosdem codices factam non adhibui:  
adhibui a Partheio olim collatum codicem Dresden-  
sem D. 182 (cf. ad itinerarium Antonini praefatio-  
nem Partheii Pinderique p. XVIII) aetate Parisino non  
multum recentiore et certe eo nomine utilem, quod  
apud Letronnium Parisini libri lectiones non satis ac-  
curate referuntur.

**H:** indicat codices Heidelbergensem et Bernensem con-  
sentientes.

**h:** *Heidelbergensis* saec. XI, Heidelbergae translatus Ro-  
mam (ubi fuit sub nomine Vaticani Palatini n. 1568),

Roma Parisios, iam Parisiis relatus Heidelbergam, diligentissime excussus a Rothio. continentur libro f. 1—82 Solinus, f. 83—145 *a* Florus, f. 145 *b*—151 *b* caput Orosii de situ orbis, cuius deficit pars extrema. citat eum sub nomine schedarum Palatarum Salmasius (v. eum ad 1, 77 p. 27 *b*; ad 27, 11 p. 228 al.), in praefatione testatus tres se usurpasse Palatinos libros, unum antiquissimum, alterum mediae vetustatis, tertium (eum opinor quem alibi appellat Freheranum) infimae et in charta scriptum, sed ex optimo aliquo exemplari desumptum, ut conicias Heidelbergensem librum esse Salmasii primum, Freheranum autem ex Heidelbergensi descriptum. hic liber quamquam non caret vitiis sibi propriis (ita p. 143, 19 quaedam omittit), tamen omnium huiusce classis librorum quos quidem novi et antiquissimus est et purissimus.

**Bern.:** *Bernensem* n. 170 fol. saec. XII, olim 'Petri Danielis Aurel. 1569', contulit item Rothius pari diligentia. ubi Heidelbergensis cum reliquis libris omnibus vel certe plerisque consentit, Bernensi proprios errores suppressi\*). praeter errores hos huic proprios, qui sunt non pauci, adsunt item interpolationes, ut p. 3, 3 in ipsa inscriptione ex *Advento* fecit *Constantium* (v. p. xxxiv), p. 198, 10 pro *nientibus* Heidelbergensis corrupto ex *montibus* substituit *collium prominentiis*, p. 217, 16 pro *lichni navibus* corrupto ex *nili nauibus* posuit *ligni nauibus*, p. 218, 18 pro *Germania*, quod ex *Carmania* corruptum est, emendavit *Arabiam*. adsunt etiam contaminationis cum codice classis tertiae indicia non multa, sed certa, maxime in dittographiis 25, 27 (*biennio*

\*) Speciminis causa apposui lectiones cod. Bern. a me omissas in primis paginis decem: p. 3, 16 *remotus* — p. 4, 10 *iniuriosum* (quod tamen olim videtur fuisse etiam in Heid.); 23 *effugiant* — p. 7, 14 *tracone*; 25 *conceptum* — p. 8, 17 *archades* — p. 9, 23 *canensibus* (quod adnotari debuit).

Heid., *ui amnica* rel., *ui annica biennio* Bern.). 39, 5 (*sui cui*). 60, 12 (*erifsan penicusan erupusan finicusan* Bern., quod suo loco adnotare neglexi). 61, 2 (*suopte*, supra *o* scr. *a*). quamobrem etiam aliis locis, ubi Bernensis ab Heidelbergensi discedit et ad familiam tertiam deflectit, ut 25, 25. 37, 15. 18. 52, 9 (*fattetur tenebris*) 54, 19 — 55, 4 ad hanc eum correctum esse apparet, cum aliis locis, ut p. 57, 10, dubium restet, utrum ea quae habet Bernensis veniant ex codice familiae primae emendatiore quam est Heidelbergensis an ei illata sint ex libro originis diversae. sed in summa re paucissima tantum exhibet Bernensis a sua familia aliena, ut videatur descriptus ex libro aliquo eius ordinis vetusto et fide digno, qui tamen paucis locis maxime in parte prima ad marginem adscriptam haberet lectiones petitas ex codice generis tertii. — Verum ubi Bernensis servavit solus, ut 22, 2 *licdamis* pro *licdamus*, 27, 8, nisi hoc loco Bipontinae lectionem corrigere oblitus est Rothius, *fonteio* pro *pompeio*, id factum est aut coniectura aut casu.

### III. CODICVM ORDO SECVNDVS.

L: *Leidensis* Voss. Q. 87 saec. IX eximia Leidensis bibliothecae praefecti Pluygersii benivolentia ad nos transmissus Berolinum ibique dum sub prelo liber est retentus diligenter a nobis excussus est. folio extremo labem passo manca sunt capita 52, 45 et 52, 54: deficit liber p. 215, 15 in verbis *admittit perspi*, sed amissa explevit manus posterior (vide infra l). — F. 81 legitur in margine: *Vuarmundus humilis sacerdos S.* ..... — Venit ex bibliotheca aliqua Aurelianensi ad Petavium; nam in fine adscriptum est instrumentum de hoc volumine commodato a. 1481, in quo nominatur 'Samson Cormeneau doctor universitatis Aureliē. et canonicus eiusdem ecclesiae'

F



(nomen ecclesiae erasum est) inveniturque praeterea f. 8. 91 inscriptum '*Petau. Aurelii*'. hic igitur sine dubio codex est optimus Petavii, quem ab Ios. Mercero quodam loco inspectum citat Salmasius ad c. 27, 12 p. 229 quemque praeterea novit ex collatione Petri Danielis Aurelianensis (v. Salmasii praef. sub finem).

— Codex est omnium quorum nobis copia fuit et antiquissimus et praestantissimus, scriptus a librario accurato et docto quam emendatissime. — Emendavit librum manus saeculi fere decimi ad codicem quem ipsa dicit *vetustum* (v. ad p. 68, 18 et p. 236 in nota) simillimum Parisini 6810 (nobis *P*) neque tamen eundem, nam paucis quibusdam locis Leidensis manus altera aut deflectit ad familiam primam (ut legit p. 24, 22 *pretiosos*; p. 26, 11 *coit*; p. 29, 10 super *enituit* posuit *re*) aut posuit familiae tertiae lectiones a Parisino praetermissas (ut p. 136, 15). in lectionibus autem longe plerisque, etiam iis quae praeterea non inventae sunt nisi in uno codice Parisino (ut 112, 12 *manifestat ara*; 142, 9 *apellis*) Leidensis emendator conspirat cum libro Parisino (cf. p. LVI not.). ego cum Parisinum librum nactus emendatore Leidensi supersederi posse intellexissem, has secundae manus emendationes fere suppressi, quasque rettuli lectiones cum nota *L*<sup>2</sup>, eae sunt fere emendationes manus primae (v. p. LXXXV): quod si quaedam ex illis remanserunt, eas satis distinguit aut quod ibi adiectum est de manu recentiore testimonium aut consensus cum lectionibus notatis *P*.

G: *Guelferbytanus* Gudianus 163 (Ebert catal. 831 p. 156) saeculi X. contulit primum Gustavus Parthey a. 1860 Berolinum sibi missum a Bethmanno bibliothecae praefecto, deinde denuo missum ab eodem dum editio haec sub prelo est domi habui et iterum contuli totum. — In prima pagina legitur: *iste liber est ecclesie sancti Launomari*, id est S. Lomer oppidi Blois, provenitque igitur ex eadem ipsa bibliotheca, cujus olim fuit liber

nunc Parisinus 6810 infra recensendus. subscribitur in eadem pagina: *ex bibliotheca Mazarina Gabriel Nau-  
daeus*. — Deficientibus quaternionibus duobus primis incipit hodie p. 30, 20 a verbis *Cato princeps*: praeterea folium paenultimum lacerum est. — Codex scriptus multo negligentius praecedente neque adeo immunis ab interpolationibus sibi propriis (ita expulit deponens *honorari* p. 32, 9; cf. p. 42, 1. 237, 25) tamen satis utilis est et interdum emendatior etiam Leidensi, ut p. 59, 16 (ubi solus verum servavit). 79, 5. 121, 14. 235, 15, denique eo commendatur, quod caret lituris, id quod rarum est in codicibus Solinianis antiquioribus, itaque saepe ea proponit quae erasa sunt e Leidensi.

**B: Basileensis** F. II. 33 saec. XIV membr., quem excussit diligentissime Rothius a 1859. perierunt folia quattuor, quibus continebantur p. 81, 16 *religiosissime* — p. 98, 11 *inueniuntur* et c. 22, 16 sive p. 234, 14 *homine* — p. 131, 9 *incremento*. codex ut aetatis est recentis, ita vitiis scatet neque a contaminatione alienus est: nam quibusdam locis praeter suae classis lectionem etiam interpolatam exhibet (v. p. 14, 6. 8. 28, 7). quod tamen ita rarum est, ut ubi aut *L* aut *G* deficit ubique inter se discrepant, non sine utilitate hunc codicem adhibuerim. plenam tamen varietatem non dedi et huic libro proprios errores suppressi omnes, ut de eius lectione ex silentio nequaquam coniectura capienda sit. descriptus autem est ex archetypo tam a Lugdunensi diverso quam a Guelferbytano; nam facit modo cum *L* contra *G* e. c. p. 32, 9. 22. 23. 63, 14, modo cum *G* contra *L* tam in bonis lectionibus, ut p. 59, 16. 79, 5. 235, 15, quam in erroribus p. 31, 16. 71, 14.

**1: Leidensis** *L pars extrema* scripta saec. XIII, quae incipit p. 212, 6 *paulo*. idem de hoc supplemento dicendum quod dictum est de libro Basileensi similiterque id adhibuimus.

F\*

IV. CODICVM ORDO TERTIVS  
INTERPOLATORVM ET CONTAMINATORVM.

- S:** *Sangallensis* n. 187 saec. X. excussit Rothius a. 1859, qui adnotavit citare hunc librum 'venerandae vetustatis' nuper ex bibliotheca Sangallensi sibi impetratum Vadianum contra Camertem (Sangalli 1521) c. 4. 10.
- A:** *Angelomontanus* sive bibliothecae monasterii Engelberg Unterwaldensis signatus n. I. 4. 15, saec. X. excussit eum eodem anno Rothius. foliis duobus excisis desiderantur hodie p. 67, 10 *qui eos* — 69, 21 *res est*, item p. 181, 20 *et Pamphylium* — 183, 20 *Phrygia ab*.
- F:** *Florentinus* Laurentianus plut. XX sin. n. 2, olim ecclesiae S. Crucis, saec. XI vel XII, Partheio iubente collatus a Theodoro Heysio. simillimus Angelomontani sed multo magis corruptus non adhibitus est nisi ubi hic deficit. secunda manus adscripsit lectiones codicum classis secundae, quas omisi.
- P:** *Parisinus* 6810 saec. X, continens post Solinum 'libellum de vita et moribus imperatorum breuiatum ex libris Sexti Aurelii Victor a Caesare Aug. usque ad Theodosium'. praefatio altera cum indice capitulorum scripta est manu eadem in folio solitario praefixo primo quaternioni, qui quaternio incipit a praefatione genuina. contuli Berolini, quo codex missus est nostra causa a bibliothecae imperatoriae praefectis et magno nostro commodo tamdiu retentus, quamdiu prela editio exercuit. — Initio legitur '*iste liber est ecclesie sancti Launomari*' fuitque igitur in eadem bibliotheca Blesensi, unde venit supra recensitus Guelferbytanus. hic est quem Salmasius 'optimum regium' appellat quemque praecipuum suae editionis fundamentum esse voluit. nos lectionem manus primae diligenter rettulimus receptis etiam variis lectionibus omnibus quas eadem manus inter versus vel ad marginem adscripsit; contra correctiones manus recentio-

ris factas ad codicem familiae secundae vulgarem neque ullo nomine memorabiles suppressimus omnes vel certe plerasque; nam in aetatis diversae adnotationibus paucarum saepe litterarum distinguendis difficile est, ne oculi calamusve subinde fallant.

---

*Numeri*<sup>1 2</sup> adiecti ad codicis notam significant lectionem notatam<sup>1</sup> primum scriptam fuisse, alteram notatam<sup>2</sup> aut ad marginem adscriptam aut emendationis loco substitutam esse ab eadem manu. ubi codicis cuiusdam lectio indicatur cum nota prioris aut posterioris neque adicitur lectio alterutra, haec consentit cum editione.

\* *asterisco* notavimus locos emendatos coniectura.

] in varia lectione indicanda distinguit verba recepta in textum.

In variam lectionem non admisi orthographica, nisi quod in nominibus propriis praesertim rarioribus etiam ad talia attendi. ubi rettuli variam lectionem, retinui ut par erat librorum barbarismos, ita tamen ut ubi plurimum librorum scriptura referenda esset in ipsa lectione consentientium, dissentientium vero in orthographia, hanc raro notarem. ita ubi *quae* attuli ex libris pluribus, fieri potest, ut in horum quibusdam legatur *que*, et sic deinceps. aliquoties talem diversitatem ita indicavi, ut *h* litteram modo positam modo omissam parenthesi circumscriberem, libris inter *y* et *i* fluctuantibus post *y* insererem (*i*). talia neminem opinor fallent.

---

## LIBRI EXAMINATI NEQVE ADHIBITI.

## I. CLASSIS PRIMAE.

1) *Casinas n. 391* (841) saec. XII teste Wattenbachio (Mon. Germ. SS. 7, 795): undecimi autem dixerunt qui nostra causa inde sumpta specimina perpauca miserunt Durieu et Detlefsen. de inscriptione et subscriptione non constat, lectiones autem quas novimus omnino codicem vindicant huic classi. dignus est qui conferatur, cum propter aetatem ut in hac familia satis vetustam tum propter lectiones quasdam singulares, ut p. 4, 3 *quaeque*; p. 8, 5 *muscarum*; p. 18, 15 *salonis*; p. 19, 14 *dein imminet ex*; p. 26, 5 *salaminam*; p. 27, 10 *LX*; p. 27, 14 *exeunte classe*.

2) *Parisinus n. 6813* saec. XII (sed deficiunt inter f. 10 et 11 p. 77, 11 *praeit* — p. 136, 19 *detur* neque omnia scripta sunt manu eadem) scriptus opinor in Germania (nam initio legitur: *sassonia aluerstat ciuitas. bodanū pat. analt castrum*). examinavi ego. inscriptione caret, subscriptum: *Iulius Solinus explicit feliciter studio et diligencia domini Theodosii inuictissimi principis*. desunt item p. 164, 14—18 et p. 229, 8 sq. quae non habet haec classis. denique lectiones plane sunt eius.

3) *Parisinus n. 6833* (antea Bigotianus 340; in ipso libro praeterea legitur: *istum librum legauit māgr Iohā Gruelli Ebroicēn*) saec. XII. inspexi ego. post praefationem legitur: *Iulius Solinus de memorabilibus incipit feliciter*; in fine: *Iulius Solinus de memorabilibus explicit feliciter. studio et diligentia domni Theodosii inuictissimi principis*. contuli speciminis causa c. 22 nec rep-

peri codicem diversum ab *H* nisi locis his: p. 112, 16 *pecora*; 20 *obluniunt*; p. 114, 6 *fretu* ut *h*; 16 *circumitus*; p. 115, 16 *mage* ut Bern.

4) *Vaticanus Regius n. 1643* saec. XIII. contulit iussu Partheii Detlefsen integrum. inscribitur: *incipit Solinus de mirabilibus mundi et de situ terrarum*; sub-scribitur: *explicit Solinus de m. m. et d. s. t.* liber non tam contaminatus (nam non adsunt in capite de Britannia interpolationes et ne hiatus quidem ingens p. 229, 8 sq. expletus est) quam multis propriis erroribus inquinatus et omnino vel Bernensi, nedum Heidelbergensi longe inferior.

5) *Leidensis publ. 68* saec. XIII. habuimus Berolini. descriptus videtur esse ex Bernensi, quocum et in lectionibus consentit et in epistula praemissa pro Advento inscripta Constantio.

6) *Parisinus 5719* saec. XIV. inspexi ego. inscriptus est ante praefationem: *incipit Solinus de mirabilibus sive memorabilibus mundi*; post praefationem: *Gai Iulii Solini cognomento poliphistoris de mīr sive de mēm mundi liber incipit studio et diligentia Theodosii imperatoris*; subscriptio fere periit. praeter Polyhistoris nomen quantum vidi librarius ab interpolatione abstinuit et familiae primae codicem neglegenter, sed simpliciter expressit.

7) *Vaticanus 1934* saec. XV ineuntis. specimina misit Detlefsen. subscriptio Theodosiana adest.

---

Ad huius maxime generis librum repertum in bibliotheca Dominicalium Burdegalensium Elias Vinetus editionem suam (Pictavii 1554. 8) castigavit, quamquam etiam alterum habuit ex eadem bibliotheca recentiorem et secundum ea, quae de eo refert Vinetus, classis tertiae. subscriptum fuit in vetustiore illo: *Iulius Solinus explicit feliciter studio et diligentia domini Theodosii invictissimi principis*; continuat praeter Solinum Florum

et Eutropium, quos pariter ad eundem librum Vinetus recensuit. quod si quis in hunc librum inciderit, inventum ne supprimito.

## II. CLASSIS SECVNDAE.

1) *Parisinus 7230 A* antea Noalliensis saec. X incip.; '*Waldiaudus clericus hunc librum scripsit*' (cf. praef. Partheii et Pinderi ad itin. Anton. p. xiv). specimina misit Detlefsen. liber perbonus, sed Guelferbytano nostro (v. p. 35, 6) ita simillimus, ut vix quidquam ex hoc proficiatur. subscriptionem, quae eadem est in hoc libro et in tribus qui sequuntur, rettulimus p. xxxv. secunda manus in hoc quoque pariter ut in *L* nostro, sed tantum usque ad medium circiter, adscripsit lectiones familiae interpolatae eas ipsas fere, quae leguntur in *P* nostro (ut e. c. p. 52, 3 *aut molliunt* et p. 114, 6 *euripo*, quae ex nostris *P* habet solus, in hoc codice leguntur supra versum). Cf. p. lvi not.

la 2) *Parisinus 7230* saec. X; '*liber sancti Dionisii*', quam originem testantur praeterea praescriptum '*praeceptum Dagoberti de fugitivis ad ecclesiam sancti Dionysii*' et index rerum pretiosarum in fine perscriptus cum titulo '*hec accepit Odo rex de thesauro sancti Dyonisii*'. specimina misit item Detlefsen. liber item bonus, sed Leidensi fere gemellus nec raro inferior, praeterea mutilus et madore situque corruptus. propriam habet liber interpolationem de insulis Hiberniae alio ac in reliquis loco in textum receptam, qua de re supra p. xlviii egimus. subscriptionem rettulimus p. xxxv, item de indiculo huic libro praescripto diximus p. xxxviii.

3) *Leidensis Voss. Q. 29* saec. X; in fine legitur: ΔΩΔΩC. ΖΡΗΠCΗΤ, id est *Dodo scripsit*. habui Bero lini. liber bonus ad instar Guelferbytani. subscriptionem supra p. xxxv rettuli.

4) *Monacensis 6384* sive *Frisingensis 184* saec. X. habuimus Berolini. simillimus omnino et tribus prioribus et *Guelferbytano*. subscriptio item legitur supra p. xxxv.

5) *Parisinus 6831* saec. X, antea P. Pithoei et Iac. Aug. Thuani. inspexi ego. inscriptionem supra p. xxxv proposui. in fine carmina habet solus ex hac classe (v. p. xl). hoc libro usus est Bongarsius (v. p. xcii).

6) *Leidensis publ. 113* saec. XI. habui Berolini. adest indiculus idem qui est in *Parisino 7230*. ut aetate ita bonitate a praecedentibus longe distat.

7) *Parisinus 7231* saec. XII.

8) *Parisinus 6811* saec. XIII, dono datus a D. Gothofredo fratribus Puteanis.

9) *Parisinus 6817* saec. XV.

10) *Parisinus 6835* saec. XV.

11) *Vaticanus Regius 1534* saec. XV exeuntis, habens quidem et Polyhistoris inscriptionem et praefationem interpolatoris, praeterea vero non tertiae classis, sed secundae.

---

Eiusdem generis fuit codex Iusti Lipsii saec. XII, quo praecipue usus est Delrius in editione (*Antverpiae 1572*) curanda (cf. Delrius in praefatione et Lipsius in epist. quaest. 3, 21), nequaquam eximius nec fortasse diversus a *Leidensi publ. 113*.

### III. INTERPOLATI ET CONTAMINATI.

*Romanus Sessorianus* n. 16 saec. X (?) vel XI. egit de eo Prellerus (*Zeitschrift für Alterthumswissenschaft 1847* p. 209 sq.): specimina misit Reifferscheid. repraesentat recensionem interpolatam plenam cum praefatione utraque, eximium autem nihil habere visus est. *Autunensis* n. 39 saec. XI secundum ea quae de eo dicuntur in catalogo bibliothecarum publicarum quae



sunt in provinciis Gallicis 1 p. 22 omnino descriptus ex Parisino 6810 (v. supra p. xl).

**Leidensis** Voss. Q. 56 saec. XII, antea Melch. Theve noti. habuimus Berolini. liber contaminatus ex classe prima et secunda. illam in textu sequitur satis accurate adestque additamentum ei proprium ad p. 115, 12, item subscriptio Theodosiana corrupta (unde etiam inscribitur: *incipit tractatus Iulii Solini de memorabilibus mundi editus mandato Theodosii principis*), sed accesserunt in capite de Britannia quae addit classis secunda, ita ut p. 114, 14 post *perinde dies nullus*, quod retentum est ex ordine primo, transitus fiat ad secundum: *dies adeo conductus* et quae sequuntur. tertiae classis vestigium repperi tantum hoc, quod p. 167, 14 post *contrahunt* non repetitur quidem locus de cinnamo, sed tamen inseruntur haec: *est et cinnamomum*.

**Monacensis** 4611 sive Benedictoburanus n. 111 saec. XII. habuimus Berolini. liber Angelomontano comparandus, sed ei inferior.

<b>Monacensis</b> 14632 sive Ratisponensis	} examinavit Halmius: sunt exempla non satis emendata recensionis in- terpolatae.
S. Emmerami G, 16 saec. XII.	
<b>Monacensis</b> 17207 sive Scheftlariensis	
207 saec. XII.	
<b>Monacensis</b> 17208 sive Scheftlariensis	
208 saec. XII.	

**Parisinus** n. 4873 saec. XII vel XIII. inspexi ego, specimina sumpsit Detlefsen. inscribitur ante praefationem interpolatoris: *incipit liber poliistor Iulii Solini*, ante praefationem alteram: *incipit Iulii Solini collectio rerum memorabilium*. recensionem exhibet interpolatam ita, ut ex classe secunda multa servet.

**Dresdensis** J. 43, antea monasterii Altzelle, saec. XIII. excussit totum Partheius. est ex genere Angelomontani similiumque, sed longe deterior.

**Leidensis publ.** 124 saec. XIII. habuimus Berolini. deest praefatio utraque, sed tam inscriptio et subscrip-

tio quam lectiones librum adsignant familiae interpolatae.

**Vaticanus Regius** 1478 chartaceus saec. XV, in fine Solini habens subscriptum nomen Iohannis Nobleti, initio sic notatus: *Io. Camerarii de Dalburg episcopi Wormatiensis*, praeterea: *Nu. 203 N. P. 1656* et infra: *volumen CC<sup>m</sup> non Petauianum*. enotavit inde Detlefsen subscriptionem Solinianam, quae triplex est pariter ac in Parisino nostro 6810, una cum versibus (cf. p. XL), qui item in hoc libro subscriptionem excipiunt quorumque causa paulo diligentius commemoravi librum praeterea plane inutilem, ut qui descriptus videatur ex Parisino 6810.

Constat denique de permultis libris maxime saec. XIV et XV eos esse ordinis huius propter nomen polyhistoris praefationemque duplicem, ut de Parisinis 1702 (anni 1396). 4917 (saec. XIII). 6814. 6815. 6816. 6836. 7594. 11206; Parisino Navarrensi 6; Vaticano 1933; Bononiensi universitatis n. 73 sive aul. II. A. 115; Patavino universitatis n. 1234; Florentino Laurentiano plut. 66 n. 19: de quibus omnibus sperandum est, ne cui tam vacet, ut in eos accuratius inquirat.

Restant libri quorum copia quidem nobis non defuit, sed qui tam exiguum de se spem facerent, ut in iis ne id quidem tempus me aliosve terere vellem quo opus fuisset ad familiam explorandam. sunt autem fere hi saec. XIV vel XV omnes: Parisini 6832. 6834. 6843; Parisini *Notre Dame* 258 et *S. Germain* 1389; Lugdunenses publ. 13 et Voss. Q. 11, item Geeliani catalogi n. 415. 510; Vindobonenses n. 249. 250 catalogi Endlicheriani; Monacenses Lat. 327. 5339; Darmstadiensis 737; Florentinus Laurentianus plut. 29 n. 35; Perusinus cod. D n. 32 et si qui sunt eius generis alii. denique de bibliothecis insignioribus

iis quae non pervestigatae sunt huius editionis causa, maxime de Bruxellensi, de Gallicis praeter Parisinam, de Anglicis, de Hispanicis, de Mediolanensi et Neapolitana et Italiae minoribus quae rescivimus ex catalogis editis scriptisve quorum copia fuit, ea nullam abditae thesauri nobis suspicionem moverunt: quamquam fortasse operam non omnino perdet qui examinabit Bruxellis libros n. 10066. 10862. 18679; in oppido Montpellier cod. H. 121; in oppido S. Mihiel codicem n. 80; Londini Harleianos n. 2604. 2645. 3859. 5373, Burneianum n. 256; Bononiae in bibliotheca universitatis n. 186 librum recentem, sed ob similitudinem inscriptionis cum Parisino 6831 aliquo examine non prorsus indignum; Florentiae in Laurentiana codicem n. 209 olim S. Marci ex hereditate Nicolai de Nicolis saeculi XI. — Sprevimus item editiones cum notis adscriptis virorum doctorum Frid. Lindenbrogii (ad ed. Basil. a. 1557, hodie bibliothecae Gottingensis; cf. Lessing opp. ed. Lachmann. 11, 302); Iac. Bongarsii (ad ed. Vineti a. 1554, hodie bibliothecae Bernensis W. 35) usi libro Pithoeano, quem ex iis quae ex Bongarsianis enotavit Rothius intellexi esse librum Parisinum 6831; ignoti cuiusdam (ad ed. Iunt. a. 1526, hodie bibl. senatoriae Lipsiensis rep. I. 8. 89). — Excerpta Soliniana cum non raro offendantur in libris scriptis, eorum quae examinavi, ut quae leguntur in Guelferbytanis Gud. 133 (saeculi X) et Aug. 8, in Vindobonensi n. 891 sive Endlicheri n. 420, in Basileensi apud Haenelium p. 549, in Monacensi 14714 sive Ratisponensi S. Emmerami G. 98, in Parisino n. 6817, ea neque aetate vincunt libros integros neque ullius usus sunt. Gudiani libri modo memorati excerpta descendunt ex codice familiae interpolatae multis denuo temere mutatis a breviatore. nec magis quaesivi aut epitomen hexametricam Solinianam scriptam saec. X, quam a Marquardo Frehero habuit Salmasius (v. eius exerc. p. 20. 25 al. et Vossius de hist. lat. l. III s. v. Solini), eam ipsam fortasse, quam sub nomine Theodo-

rici cuiusdam recenset index bibliothecae Bruxellensis (cod. 8891 saec. XII; cod. 10712 item saec. XII) incipientem verbis *Auribus aut oculis non totus*, aut eam quam 'Solini de miraculis' confecisse se scribit Petrus Diaconus saeculo XII (Mon. Germ. SS. 7, 795, ubi in nota citatus liber scriptus bibliothecae Casinatis Solinum exhibet integrum, non epitomatum). multo minus curavi quae apud auctores qui vixerunt post saeculum nonum, ut apud Iohannem Sarisberiensem, Guidonem Ravennatem, alios repperiuntur excerpta ex Solino. — Editiones denique, quamquam earum non paucas collatas inveni inter Rothiana una cum collectaneis de ipsis bibliophilo magis quam critico commendandis, omisi omnes. pauci enim hodie credent anonymo, Dodwello opinor (*hist. crit. de la république des lettres* Amstelaedami 1717 vol. 14 p. 1—37), multis ut solet verbis editionem Solini principem commendanti suadentique ad eam normam ut Solinus denuo recenseatur. sane neque haec nec quas usurpavi reliquae quidquam continent, quod non sit in libris scriptis iis quos adhibuimus nec sit erratum. neque omnino quisquam ex editoribus idoneum apparatus criticum sibi comparavit praeter Salmasium, qui quibus libris praecipue usus est, eos ipsos nos denuo adhibuimus. nam cum antiquissimae editiones factae essent ad libros vulgares ex genere contaminatorum, qui Solinum recognorunt saeculo decimo sexto Ioh. Camers (1520), Elias Vinetus (1554), Martinus Delrio (1572) singulis fere libris ita se addixerunt, ut ex scripto libro et vulgata nescio quam hybridam recensionem efficerent. addi his potest Mariangelus Accursius, qui in diatribis (Rom. 1524 fol.) Solinum multis locis castigavit usus libris Vaticanis et Palatinis suoque, sed pessimis omnibus. his magis instructus Salmasius (1629) cum doctrinae tum librorum copia tamen et ipse non ea qua par est constantia Solinum recognovit neque indicavit in commentario nisi variam lectionem quae sibi potior videretur. post

Salmasium autem Solinus neglectus fere iacuit, nisi quod Oudendorpius in Appuleio adnotando saepe usus est libris Solini Leidensibus diligenter a se collatis (v. de collectaneis eius in Solinum catalogus Leidensis Geelanus p. 173 n. 577). at hisce omnibus hodie facile carebimus, nisi quod editionibus Salmasianis, quarum citavi alteram Traiectinam a. 1689, sua utilitas et sua laus deinceps etiam constabit propter commentarios, opus doctrinae molestae quidem saepe, sed tamen perfectae et incomparabilis.

---

## CORRIGENDA.

- p. 5 adn. v. 2 pro *H* lege *h*.  
p. 8, 2 adde in marg.: cf. Pl. 10, 79.  
p. 10, 8 *sepultus* s. *I.* insiticism videtur, v. praef. p. XLIX sq.  
p. 19, 15 *ea propter* — *noceatur* insiticism videtur, v. praef. p. XLIX sq.  
p. 54, 19—55, 4 *mirum* — *dissolvitur* insiticism videtur, v. praef. p. L sq.  
p. 70, 3 lineolas || dele.  
p. 87, 3 a fine: quoquo eant *SA*.  
p. 87, 6 pro *Maeoti* scr. *Maeotis*.  
p. 164, 14—18 *condita* . . . *appellant* insiticism videtur, v. praef. p. L sq.  
p. 207, 26 (*conf.* 12) *auct.* dele.  
p. 209, 1 pro *PL.* scr. *IGN*.  
p. 220 adn. v. 6 lege: iudicatur *h*.
-



**C. IVLII SOLINI**  
**COLLECTANEA RERVM MEMORABILIVM**  
**SIVE POLYHISTOR.**

---





1

## C. IVLII SOLINI

2

## COLLECTANEA RERVM MEMORABILIVM.

3

## SOLINVS ADVENTO SALVTEM.

4 Cum et aurium clementia et optimarum artium 1  
 5 studiis praestare te ceteris sentiam idque oppido ex-  
 6 pertus de benivolentia tua nihil temere praeceperim,  
 7 reputavi examen opusculi istius tibi potissimum dare,  
 8 cuius vel industria promptius suffragium vel beni-  
 9 gnitas veniam spondebat faciliorem. liber est ad con- 2  
 10 pendium praeparatus, quantumque ratio passa est ita  
 11 moderate repressus, ut nec prodiga sit in eo copia  
 12 nec damnosa concinnitas. cui si animum propius in-  
 13 tenderis, velut fermentum cognitionis magis inesse  
 14 quam bratteas eloquentiae deprehendes. exquisitis 3  
 15 enim aliquot voluminibus studuisse me inpendio fa-  
 16 teor, ut et a notioribus referrem pedem et remotis  
 17 largius inmorarer. locorum commemoratio plurimum  
 18 tenet, in quam partem ferme inclinatio est universa

*De operis inscriptione vide praefationem.*

3 solinus aduento salutem] *LSAP*, iulius s. a. sal. *H*, c. iulius so-  
 linus constantio suo salutem *Bern.*, om. *B* 6 praeceperim] *LBP*,  
 praeciperem *S*, perceperim *H*, percipere me *A* 7 istius tibi pot.]  
 huius potissimum *S* 9 spondeat *P* 11 in ea sit *A* 12 ani-  
 mam *h* || proprius *S* 13 inesse] *HSA*, ei inesse *LBP* 14 eloq.  
 br. *AP* || deprehendis *A* 16 ut et a notioribus a m. 1 in *litura*  
*repositum* in *L*, id quod aliis locis similiter accidit || a om. *S* 18 quam  
 partem] *LBP*, qua parte *HSA*

1\*

materies. quorum commemnisſe ita viſum eſt, ut in- 1  
 clitos terrarum ſitus et inſignes tractus maris, ſervata 2  
 orbis diſtinctione, ſuo quaeque ordine redderemus. 3  
 4 inſeruimus et pleraque differenter congruentia, ut ſi 4  
 nihil aliud, ſaltem varietas ipſa legentium faſtidio me- 5  
 deretur. inter haec hominum et aliorum animalium 6  
 naturas expreſſimus. addita pauca de arboribus exo- 7  
 ticis, de extimarum gentium formis, de ritu diſſono 8  
 5 abditarum nationum, nonnulla etiam digna memoratu, 9  
 quae praetermittere incurioſum videbatur quorumque 10  
 auctoritas, quod cum primis induſtriae tuae inſinuatum 11  
 velim, de ſcriptoribus manat receptiſſimis. quid enim 12  
 proprium noſtrum eſſe poſſit, cum nihil omiſerit anti- 13  
 quitatis diligentia, quod intactum ad hoc uſque aevi 14  
 permaneret? quapropter quaero, ne de praeſenti tem- 15  
 pore editionis huius fidem libres, quoniam quidem ves- 16  
 tigia monetae veteris perſecuti opiniones univerſas 17  
 6 eligere maluimus potius quam innovare. ita ſi qua 18  
 ex iſtis ſecus quam opto in animum tuum venerint, 19  
 des velim infantiae meae veniam. conſtantia veritatis 20  
 7 penes eos eſt quos ſecuti ſumus. ſicut ergo qui cor- 21  
 porum formas aemulantur, poſtpositis quae reliqua 22  
 ſunt, ante omnia effigiant modum capitis, nec prius 23  
 lineas deſtinant in membra alia, quam ab ipſa ut ita 24  
 dixerim figurarum arce auſpiciuſ faciant inchoandi, 25  
 nos quoque a capite orbis, id eſt ab urbe Roma 26  
 principiuſ capesſemus, quamvis nihil ſuper ea doc- 27

1 commemniſſe] *LBP*, meminiſſe *HSA* 2 inſignis *h* 3 quo-  
 que *H* 5 uarietas ſaltim *A* 7 et lapidibus *poſt arb. ins. AP*  
 10 que *om. S* 11 quod — 12 uelim] quod ante omnia dimittere in-  
 pectus tuum uelim *AP<sup>2</sup>*, itaque in *mg. m. 2. L praeciſbens*: gloſa eſt  
 13 p. n. e. p.] afferre nouum poſſumus *A*, adferre nouum poſſimus *P<sup>2</sup>*  
 14 amiserit *S* 14 intantum *S* 16 libris *S* 17 uniuerſas *om. P*  
 19 in animum tuum uenerint] *LBSP<sup>1</sup>*, in animum uenerint *H*, acce-  
 peris *AP<sup>2</sup>* 20 conſtantia] *HSAP<sup>1</sup>*, nam conſtantia *LBP<sup>2</sup>* 21 ergo]  
*LBHP*, ergo hi *SA* 22 poſtpositis q. r. ſunt *om. P<sup>1</sup>*, add. *P<sup>2</sup>*  
 25 arte *BA* 26 a *om. LP* 27 quamuis] quamlibet *A*.

1 tissimi auctores reliquerint, quod in novum praeco-  
 2 nium possit suscitari, ac supervacuum paene sit re-  
 3 legere tramitem decursum tot annalibus. ne tamen 8  
 4 prorsus dissimulata sit, originem eius quanta valemus  
 5 persequemur fide.

1 doct. a. r.] reliqui fecerint auctores doctissimi *P<sup>2</sup>* ¶ in *supra v. L*  
*et supra v. H* 1 2 nouum praeconium] *BHSA*, nouum nostrum prae-  
 conium *LP<sup>1</sup>*, praeconium subitum *P<sup>2</sup>* 3 nec *S* 5 prosequemur *H*  
 ¶ explicit prologus *A*

---

- 1, 1 Sunt qui videri velint, Romae vocabulum ab 1 ign.  
 Euandro primum datum, cum oppidum ibi offendis- 2  
 set, quod exstructum antea Valentiam dixerat iuventus 3  
 Latina, servataque significatione inpositi prius nominis, 4  
 Romam graece Valentiam nominatam. quam Arcades 5  
 quoniam habitassent in excelsa parte montis, deriva- 6  
 tum deinceps, ut tutissima urbium arces vocarentur. 7  
 2 Heraclidi placet, Troia capta quosdam ex Achivis in 8  
 ea loca ubi nunc Roma est devenisse per Tiberim, 9  
 deinde suadente Rome nobilissima captivarum quae 10  
 his comes erat, incensis navibus posuisse sedes, instru- 11  
 3 xisse moenia et oppidum ab ea Romen vocavisse. Aga- 12  
 thocles scribit, Romen non captivam fuisse, ut supra 13  
 dictum est, sed Ascanio natam Aeneae neptem appel- 14  
 4 lationis istius causam fuisse. || traditur etiam proprium 15 PL. 3, 65  
 Romae nomen, verum tamen vetitum publicari, quo- 16  
 niam quidem quo minus enuntiaretur caerimoniarum 17  
 arcana sanxerunt, ut hoc pacto notitiam eius aboleret 18

v. 1 sunt — 5 nominatam: *similia Atteius apud Serv. Aen. 1, 273 et ex historia Cumana Fest. p. 266 v. Romam.* || 8 Heraclidi *cf. Müller fr. hist. Graec. 3 p. 168* || 12 Agathocles *cf. Müller fr. hist. Graec. 4 p. 290.*

3 extraneum *A* 6 in exc. p. m. hab. *A* 6 7 diriuatum *SA*  
 8 archiuis *h* 10 capitauarum *S* 11 eis *h* 11 12 instruxisse]  
 struxisse *H* 12 romén *cum apice L ut infra p. 7, 20 megalén* || uo-  
 casse *h* 13 14 ut s. d. est fuisse *A* 14 ascanio] *HSA*, ab as-  
 canio *LBP* 16 uerum tamen uetitum (uentitum *S*)] *HSA*, et ue-  
 rum magis quod numquam in uulgum uenit sed uetitum *LB et ita,*  
*sed et uerum magis et sed supra versum, P* 17 enuntiarentur *S*,  
 inclaresceret *A*, inclarescerent *P*<sup>2</sup> 18 sanxerint *S*

FL. 1 fides placitae taciturnitatis, Valerium denique Sora- 1, 5  
 2 num, quod contra interdictum eloqui id ausus foret,  
 3 ob meritum profanae vocis neci datum. inter antiquis- 6  
 4 simas sane religiones sacellum colitur Angeronae, cui  
 5 sacrificatur ante diem XII k. Ian.: quae diva praesul  
 6 silentii ipsius praenexo obsignatoque ore simulacrum  
 7 habet.

IGN. 8 ¶ De temporibus urbis conditae ambiguitatum quae- 7  
 9 stiones excitavit, quod quaedam ibi multo ante Romu-  
 10 lum culta sint. quippe aram Hercules, quam voverat si  
 11 amissas boves repperisset, punito Caco patri Inven-  
 12 tori dicavit. qui Cacus habitavit locum, cui Salinae 8  
 13 nomen est: ubi Trigemina nunc porta. hic, ut Gel-  
 14 lius tradit, cum a Tarchone Tyrrheno, ad quem le-  
 15 gatus venerat missu Marsyae regis, socio Megale  
 16 Phryge, custodiae foret datus, frustratus vincula et  
 17 unde venerat redux, praesidiis amplioribus occupato  
 18 circa Vulturum et Campaniam regno, dum attrectare  
 19 etiam ea audet, quae concesserant in Arcadum iura,  
 20 duce Hercule qui tunc forte aderat oppressus est. Me- 9  
 21 galen Sabini receperunt, disciplinam augurandi ab eo  
 22 docti. suo quoque numini idem Hercules instituit aram, 10  
 23 quae maxima apud pontifices habetur, cum se ex Ni-  
 24 costrate, Euandri matre, quae a vaticinio Carmentis  
 25 dicta est, immortalem conperisset. consaeptum etiam,

1 placidae *H* 2 eloqui id] *LB*, eloquii id *S*, eloquium *H*, id elo-  
 qui *AP* 5 XII k̄m iānrum *L* similiterque ceteri libri 6 ipsius] *HSA*,  
 istius *LBP* 8 de t. u. c. pro rubrica *LBHS*, fortasse recte; om. versu  
 vacuo relicto *P* ¶ ambiguitatem *A* 10 cultura *A* ¶ sint *BP*, si..  
*L*<sup>1</sup>, sit *L*<sup>2</sup>*HSA* ¶ aram (harum *h*) hercules (herculis *A*)] *HSA*, ante  
 aram herculis (-les *P*) *LBP* ¶ nouerat *P*<sup>1</sup>, em. *P*<sup>2</sup> 12 dictavit *S*  
 13 14 gellius] *LBP*, cellius *HSA*; male Coelius edd. nec quicquam huc  
 pertinet locus Strabonis 5, 230 14 tradidit *S Bern.* ¶ ad *S*. ¶ thar-  
 cone *LBS*. ¶ ..terrhenō *L*<sup>1</sup> 15 missus *S*, iussu *h*, missu missa  
*Bern.* 16 frige libri 17 reduxit *B* (ex redux' commate pro nota  
 accepto) *A* 18 19 attr. et. ea aud.] adtractat (attrectat *P*) etiam  
 ea *AP* 20 tum *HS* ¶ ad.era.t *L* ¶ est om. *A* 22 dicti *S*, edocti *H*

- intra quod ritus sacrorum, factis bovicidiis, docuit Po- 1 <sup>ign.</sup>  
 titios, sacellum Herculi in Boario foro est, in quo ar- 2  
 1, 11 gumenta et convivii et maiestatis ipsius remanent. nam 3  
 divinitus neque muscis illo neque canibus ingressus 4  
 est. etenim cum viscerationem sacricolis daret, \*Myia- 5  
 grum deum dicitur inprecatus, clavam vero in aditu 6  
 reliquisse, cuius olfactu refugerunt canes: id usque 7  
 12 nunc durat. aedem etiam, quae Saturni aerarium fer- 8  
 tur, comites eius condiderunt in honorem Saturni, quem 9  
 cultorem regionis illius cognoverant exitisse. iidem 10  
 13 et montem Capitolinum Saturnium nominaverunt. ca- 11  
 stelli quoque quod excitaverunt portam appellaverunt 12  
 Saturniam, quae postmodum Pandana vocitata est. 13  
 pars etiam infima Capitolini montis habitaculum Car- 14  
 mentae fuit, ubi Carmentis nunc fanum est, a qua 15  
 14 Carmentali portae nomen datum. Palatium nemo du- 16  
 bitaverit quin Arcadas habeat auctores, a quibus pri- 17  
 mum Pallanteum oppidum conditum: quod aliquamdiu 18  
 Aborigines habitarunt, propter incommodum vicinae 19  
 paludis, quam praeterfluens Tiberis fecerat, profecti 20  
 15 Reate postmodum reliquerunt. sunt qui velint a 21  
 balatibus ovium mutata littera, vel a Pale pastorali 22

v. 16 Palatium — 18 conditum *compilavit Isidorus* 15, 3, 5.

1 ouicidiis *L*<sup>1</sup> 1 2 potitios] *L*<sup>1</sup>*P*, poticios *B*, poetitios *L*<sup>2</sup>*HS*,  
 poeticios *A* 2 sacellum] *HSA*, hoc sacellum *LBP* || bouario *A*  
 3 conuiuii et] *LBAP*, conuiuiae *S Bern.*, conuiiae *h* || remanet *S*,  
 remanerent *A* 5 sacricolis daret] *LBA*, sacrificolis daret *P*, sa-  
 crificii (sacricii *Bern.*) litaret *HS* 5 6 myagrū *LA*, onagrū *B*,  
 miagrū *HS*, migarū *P* et sic super v. *B* 6 clauam *S*, clauim *H*  
 7 olfactu] *HSA*, olfactum *LBP* || refugerunt *A* 8 ediam *S*  
 9 honore *LBP* 10 agnouerant *A* || idem *LBAP*, item *HS* 11 ca-  
 pitolium *SA* 12 excitauerat *A* 13 uocata *H* 14 15 carmentae  
 sive -te libri, sed ae *L* in litura; Carmenti *Salm.* 15 ubi] ubi et *A*  
 16 datum] *LBH*, datum est *SAP* 17 arcades *A* 18 conditum  
 om. *L* solus ex nostris 19 aborigine *SA* || habitarunt] *LS Bern.*,  
 habitauerunt *hA*, habitatum *BP* 20 propter fluens *H*

IGN. 1 dea, aut ut Silenus probat a Palantho Hyperborei  
 2 filia, quam Hercules ibi compressisse visus est, no-  
 3 men monti adoptatum.  
 4 Sed quamquam ista sic congruant, palam est pros- 1, 16  
 5 pero illi augurio deberi gloriam Romani nominis, ma-  
 6 xime cum annorum ratio faciat cardinem veritati: nam, 17  
 7 ut adfirmat Varro auctor diligentissimus, Romam con-  
 8 didit Romulus, Marte genitus et Rea Silvia, vel ut  
 9 nonnulli Marte et Ilia: dictaque primum est Roma  
 10 quadrata, quod ad aequilibrium foret posita. ea in- 18  
 11 cipit a silva quae est in area Apollinis, et ad super-  
 12 cilium scararum Caci habet terminum, ubi tugurium  
 13 fuit Faustuli. ibi Romulus mansitavit, qui auspicato  
 14 murorum fundamenta iecit duodeviginti natus annos,  
 15 XI k. Mai., hora post secundam ante tertiam plenam,  
 16 sicut L. Tarruntius prodidit mathematicorum nobilis-  
 17 simus, Iove in piscibus, Saturno Venere Marte Mer-  
 18 curio in scorpione, Sole in tauro, Luna in libra con-  
 19 stitutis. et observatum deinceps, ne qua hostia Pari- 19  
 20 libus caederetur, ut dies iste a sanguine purus esset,  
 21 cuius significationem de partu Iliae tractam volunt.  
 22 idem Romulus regnavit annos septem et triginta. de 20  
 23 Caeninensibus egit primum triumphum, et Acroni regi  
 24 eorum detraxit spolia, quae Iovi Feretrio primus sus-  
 25 pendit et opima dixit. rursum de Antemnatibus trium-  
 26 phavit, de Veientibus tertio. apud Caprae paludem  
 27 nonis Quintilibus apparere desiit.

v. 1 Silenus Müller fr. hist. Gr. 3, 100. || 26 apud — 27 desiit  
 ex Solino in collectaneis citant ad Lucan. 1, 197 scholia codicis Wit-  
 tiani vix aetatis antiquae.

1 palantho] palanto *H*, palanthē *S* || yperbone *h*, yperbore *Bern*.  
 4 ita *P* 5 r. n. gl. *AP* 8 rea] *S*, rhea *LAP*, hrea *H*, hera *B*.  
 9 est om. *A* 10 11 incipit a] in cipria *H* 15 plenam] *LBP*<sup>2</sup>, vel *H*,  
 om. *SAP*<sup>1</sup> 16 lucius] *SAP* et in litura m. 2 *L*, om. *BH* || tarrun-  
 tius *LS*, terentius (*suprascr.* taruncius) *B*, arruntius *HP* || prodit *h*  
 18 in ante libra om. *S* 21 patu *h* || iliae] die *A* || tractum *H*  
 22 annis *h* 22 23 de caeninensibus] *L*, de caeniensibus *P*<sup>1</sup>, de-  
 cem mensibus *B*, decaninensibus *SHA*, de caninis *P*<sup>2</sup> 26 caprae]  
*LHS*, capre *A*, capriae *P*<sup>1</sup>, capree *BP*<sup>2</sup> 27 conparere *P*<sup>1</sup> || de-  
 siuit *A*.



- 1, 21 Ceteri reges quibus locis habitaverunt dicemus. 1 1GN.  
 Tatius in arce, ubi nunc aedes est Iunonis Monetae: 2  
 qui anno quinto quam ingressus urbem fuerat a Lau- 3  
 rentibus interemptus est. septima et vicesima olym- 4  
 piade hominem exivit. Numa in colle primum Quirini 5  
 nali, deinde propter aedem Vestae in regia quae adhuc 6  
 ita appellatur: qui regnavit annis tribus et quadra- 7  
 22 ginta: sepultus sub Ianiculo. Tullus Hostilius in Ve- 8  
 lia, ubi postea deum Penatium aedes facta est: qui 9  
 regnavit annos duos et triginta, obiit olympiade quinta 10  
 23 et tricesima. Ancus Marcius in summa sacra via, ubi 11  
 aedes Larum est: qui regnavit annos quattuor et vi- 12  
 24 ginti, obiit olympiade prima et quadragesima. Tar- 13  
 quinius Priscus ad Mugoniam portam supra summam 14  
 novam viam: qui regnavit annos septem et triginta. 15  
 25 Servius Tullius Esquilinus supra clivum Urbium: qui 16  
 26 regnavit annos duos et quadraginta. Tarquinius Su- 17  
 perbus et ipse Esquilinus supra clivum Pullium ad 18  
 Fagutalem lacum: qui regnavit annos quinque et vi- 19  
 ginti. 20

v. 2 Tatius — 5 exivit ex Solino in collectaneis vel polyhistore  
*citāt Priscianus* 1, 28; *item ex Solino in collectaneis idem* 10, 50;  
 Tatius hominem exivit ex Solino in memorabilibus *idem* 18, 213;  
 postquam Tatius hominem exivit ex Solino *idem* 18, 174.

1 q. h. dic. loc. A || habitauerunt libri, habitauerint Salm. 2 aedes  
 (aedis) est] HS Prisc., est aedes LBAP 3 quam] HSAP Prisc.,  
 postquam LBP<sup>2</sup> 4 interemptus est] L Prisc., interemptus BSA Bern.  
 et h ex corr., interfectus .. ante corr. h 5 exiuit] HAP Prisc., qui  
 propter hoc vocabulum citat, exiuit L, exiuit BS 4 septima — 5 exiuit  
 haec verba suo loco mota esse, cum pertineant ad Numam, vidit Brücke-  
 rus hist. Rom. p. 521, at ibi ubi nunc leguntur reperit ea iam Priscianus;  
 auctor collocavit vel certe collocare debuit post sub Ianiculo 5 pr. in  
 colle h 6 quae] qui S 7 qui om. H 8 sepultus sub Ianiculo  
 om. HS || tullius LBH 11 et XLma LBP 12 annis hS || III et  
 xxx (x una expuncta) P 14 primus h 15 VIII et xxx A 16 servi-  
 lius H || esquilinus] LBhP, esquilinis SA, esquilinus Bern. || supra  
 clivum — 18 esquilinus om. P 16 urbium] LBH ut Liv. 1, 48,  
 orbium S, olbium A 17 et xxx LB 18 esquilinus L, esquili-  
 nius Bh, esquilinis SA, esquilinus Bern. 19 fagutalem] A, facu-  
 talem LBP, fagudalem S, facudalem H. || annis HSA

IGN. 1 Cincio Romam duodecima olympiade placet con- 1, 27  
 2 ditam: Pictori octava: Nepoti et Lutatio, opiniones  
 3 Eratosthenis et Apollodori comprobantibus, olympia-  
 4 dis septimae anno secundo: Pomponio Attico et M.  
 5 Tullio olympiadis sextae anno tertio. conlatis igitur  
 6 nostris et Graecorum temporibus invenimus incipiente  
 7 olympiade septima Romam conditam, anno post Ilium  
 8 captum quadringentesimo tricesimo tertio. quippe cer- 28  
 9 tamen Olympicum, quod Hercules in honorem atavi  
 10 materni Pelopis ediderat, intermissum Iphitus Eleus  
 11 instauravit post excidium Troiae anno quadringente-  
 12 simo octavo. ergo ab isto numeratur olympias prima.  
 13 ita sex mediis olympiadibus interiectis, quibus sin-  
 14 gulis anni quaterni inputantur, cum septima coeptante  
 15 Roma condita sit, inter exortum urbis et Troiam cap-  
 16 tam iure esse annos quadringentos triginta tres con-  
 17 stat. huic argumento illud accedit, quod cum C. Pom- 29  
 18 peius Gallus et Q. Veranius urbis conditae anno octin-  
 19 gesimo primo fuerint consules, consulatu eorum  
 20 olympias septima et ducesima actis publicis anno-  
 21 tata est. quater ergo multiplicatis sex et ducentis  
 22 olympiadibus erunt anni octingenti viginti quattuor,  
 23 quibus de septima olympiade adnectendus primus an-  
 24 nus est, ut in solidum colligantur anni octingenti vi-  
 25 ginti quinque. ex qua summa detractis quattuor et  
 26 viginti annis olympiadum retro sex, manifeste anni  
 27 octingenti et unus reliqui fient. quapropter cum 30

1 duodecim *S* 2 nepote *A* || et lucatio *BA*, educatio *H* (et  
 educatio *Bern.*) || opiniones] *HSA*, opinionem *LBP* 10 iftus  
 eleus] *P*<sup>1</sup>, istius eleus *A*, picus filius eius *HS*, iftus filius eius *LP*<sup>2</sup>,  
 istius (*mg.* picus) filius herculis *B* 12 isto] *BHAP*, ifto *LS*  
 15 sit] sit sic *P* 16 xxxiii] *LBP*, triginta et tres *SA*, xxx.ii *H*  
 17 accedit *S* 18 quintus] *SAP*, *om. LBH* || uerannius *S* || a. u. c. *A*  
 20 olimpiadis *h* || vi<sup>ta</sup> *P* 21 multiplicandis *S* 23 de septima olym-  
 piade] *LBP Bern.*, septima olympiade *Ah*, septima olympiadis *S*  
 23 24 est primus annus *S Bern.*, est unus annus *A*, primus annus *h*  
 24 solido *LBP* || anni *om. A* 26 sex] rex *S*<sup>1</sup>, res *S*<sup>2</sup> 27 uno *S*  
 hic et alibi pro notis numeralibus vocabulis perscriptis casu non suo

- octingentesimo primo anno urbis conditae ducente- 1 **IGN.**  
 sima septima olympias computetur, par est Romam 2  
 septimae olympiadis anno primo credi conditam. 3
- 1, 31 In qua regnatum est annis ducentis quadraginta 4  
 uno. decemviri creati anno trecentesimo secundo. 5  
 primum Punicum bellum anno \*quadringentesimo octo- 6  
 gesimo nono, secundum quingentesimo tricesimo quinto, 7  
 tertium sexcentesimo quarto, sociale sexcentesimo sexa- 8  
 32 gesimo secundo. ad \*A. Hirtium et C. Pansam con- 9  
 sules anni septingenti decem: quorum consulatu Cae- 10  
 sar Augustus est consul creatus, octavum decimum 11  
 annum agens: qui principatum ita ingressus est, ut 12  
 vigilantia illius non modo securum, verum etiam tu- 13  
 33 tum imperium esset. quod tempus ferme solum re- 14  
 pertum est, quo plurimum et arma cessaverint et in- 15  
 genia floruerint, scilicet ne inertis iustitio langueret 16  
 virtutis opera, bellis quiescentibus. 17
- 34 Tunc ergo primum cursus anni perspecta ratio, 18  
 quae a rerum origine profunda caligine tegebatur. nam 19  
 ante Augustum Caesarem incerto modo annum con- 20  
 putabant, qui apud Aegyptios quattuor mensibus ter- 21  
 minabatur, apud Arcadas tribus, apud Acarnanas sex, 22  
 in Italia apud Lavinios tredecim, quorum annus tre- 23  
 35 centis septuaginta quattuor diebus ferebatur. Romani 24

2 computatur *H* 2 computetur — 3 olympiadis *om. P* 4 5 *CCXLI LP*, ducentis *XL-I. A*, *CC-LX-una H*, ducenti quadraginta uno *S*, eodem errore ac *p. 11 v. 27*, *CCXLIII B* 6 primo punico bello *SA* || *CCCLXXXVIII (octauo A) modo notis modo litteris libri* 7 secundo *SA* 8 tertio *S*, tercio *A* 8 9 *DCLXXII LBP* 9 a. ante hirtium *om. libri, nisi quod ab aulo pro secundo ad Bern.* || hirtiū. *L*, hircio *H* || *C.] om. B solus* || pansa. *L*, pansa *H* 9 10 consul.. *L*, consulibus *H* 10 *DCXX LA*, *DCXX B*, sexcenti decem *HS*, *DCXX P* 11 et consul cr. est *A* 12 principatu *S* 13 illius] *HSA*, eius *LBP* 15 primum *H* 16 floruerunt *BA* || ne *om. h* || iustitio (*a supra o*) *S* 18 annu] *LBP*, annui *HSA* || ratio] *HSA*, ratio est *LBP* 19 aegebatur *S* 20 incerto modo] *incontomo h* 22 arcades *A* || carnanas *LBP*, acarnanos *A*, arcanas *H* 23 annis *A* 24 quattuor] *HSA*, et quattuor *LBP*

IGN. 1 initio annum decem mensibus computaverunt a Martio  
 2 auspicantes, adeo ut eius die prima de aris Vestalibus  
 3 ignes accenderent, mutarent veteribus virides laureas,  
 4 senatus et populus comitia agerent, matronae servis  
 5 suis cenas ponerent, sicuti Saturnalibus domini: illae  
 6 ut honore promptius obsequium provocarent, hi quasi  
 7 gratiam repensarent perfecti laboris: maximeque hunc  
 8 mensem principem testatur fuisse, quod qui ab hoc  
 9 quintus erat Quintilis dictus est; deinde numero de- 1, 36  
 10 currente December sollemnem circuitum finiebat intra  
 11 diem trecentessimum quartum: tunc enim iste numerus  
 12 explebat annum, ita ut sex menses tricenum dierum  
 13 essent, quattuor-reliqui tricenis et singulis expediren-  
 14 tur. sed quoniam ratio illa ante Numam a lunae 37  
 15 cursu discreparet, lunari computatione annum perae-  
 16 quarunt, quinquaginta et uno die auctis. ut ergo 38  
 17 perficerent duodecim menses, de sex mensibus su-  
 18 perioribus detraxerunt dies singulos, eosque quinqu-  
 19 ginta istis et uno diebus adnexuerunt, factique quin-  
 20 quaginta septem divisi sunt in duos menses, quorum  
 21 alter viginti novem, alter viginti octo dies detinebant.  
 22 sic annus habere quinque atque quinquaginta et tre- 39  
 23 centos dies coepit.  
 24 Postmodum cum perspicerent temere annum clau-  
 25 sum intra dies quos supra diximus, quandoquidem  
 26 appareret solis meatum non ante trecentessimum sexa-  
 27 gesimum quintum diem, abundante insuper quadrantis

1 in initio *h* 2 diei *S* || de *om.* *H* || uectigalibus *A* 3 accede-  
 rent *P* 7 profecti *h* 8 fuisse test. *h* || qui] quia *h* || ab] ad *BA*  
 10 circuitum] *LBP Bern.*, circiter *HSA* 11 tricesimum *S* 13 14 ex-  
 pedirentur] *LBP*, experirentur *S*, expertirentur *H*, explicarentur *A*  
 14 a *om.* *HS* 14 15 luna et cursu *S* 17 18 sup.] prioribus *AP*<sup>2</sup>  
 19 uni *A* || adnexerunt *S*, adiunxerunt *BP*<sup>1</sup> 21 uiginti nouem  
 alter *om.* *S*, alter uiginti octo *om.* *A* || dies detinebant] *LBHP*<sup>1</sup>, dies  
 detinebat *S*, diebus agebatur *AP*<sup>2</sup> 24 perspiceret *S* 26 apparet *hSA*,  
 appareret *Bern.* || tric. *L*

- particula, zodiacum conficere decursum, quadrantem 1 109.  
 illum et decem dies addiderunt, ut ad liquidum an- 2  
 nus diebus trecentis sexaginta quinque et quadrante 3  
 constaret, hortante observatione imparis numeri, quem 4  
 1, 40 Pythagoras monuit praeponi in omnibus oportere. unde 5  
 propter dies impares diis superis et Ianuarius dicatur 6  
 et Martius: propter pares Februarius quasi ominosus 7  
 41 diis inferis deputatur. cum itaque haec definitio toto 8  
 orbe placuisset, custodiendi quadrantis gratia a di- 9  
 versis gentibus varie intercalabatur, nec umquam ta- 10  
 42 men ad liquidum fiebat temporum peraequatio. Graeci 11  
 ergo singulis annis undecim dies et quadrantem de- 12  
 trahebant, eosque octies multiplicatos in annum no- 13  
 num reservabant, ut contractus nonagenarius numerus 14  
 in tres menses per tricenos dies scinderetur: qui anno 15  
 nono restituti efficiebant dies quadringentos quadra- 16  
 ginta quatuor, quos embolismos vel hyperballontas 17  
 43 nominabant. quod cum initio Romani probassent, 18  
 contemplatione numeri parilis offensi neglectum brevi 19  
 perdiderunt, translata in sacerdotes intercalandi po- 20  
 testate: qui plerumque gratificantes rationibus publi- 21  
 canorum pro libidine sua subtrahebant tempora vel 22  
 44 augebant. cum haec sic forent constituta, modus- 23  
 que intercalandi interdum cumulator, interdum fieret 24  
 imminuitur, vel omnino dissimulatus praeteriretur, non- 25

§ 44. 45: horum compendium apud Ammianum 26, 1, 12. 13.

1 conficeret *S* 3 trecentis *LXV* diebus *A* 6 diis] diebus *AB*<sup>1</sup>, diis *B*<sup>2</sup>  
 8 diis] diebus *AB*<sup>1</sup>, diis *B*<sup>2</sup> || deputantur (n *expuncta*) *P*<sup>1</sup>, scribitur *P*<sup>2</sup>  
 || diffinitio *LB* 9 orbi *H* 9 10 aduersis *P* 13 14 nouum refe-  
 rebant (*suprascr.* uel reseruabant) *h* 14 ut *om.* *S* 16 nouo *h*  
 || *cccxlvi* *P* 17 embolismos] *BHP*<sup>1</sup>, embolismos *A*, embolismos *L*,  
 embolimeos *S*, enboleuia *P*<sup>2</sup>; cf. *Stephani lex. s. v. ἐμβολιμός* 18 in  
 initio *LP* 19 par. num. *P* || offensi] *LBH*, offensione *SA*, *om.* *P*  
 19 20 perd. breui *H* 20 in] inter *S* 20 interkalendi *A* 21 ora-  
 tionibus *H* 21 22 publicorum *A* 24 interdum ante cum. *om.* *H*  
 24 25 inm. fieret *AP* 25 dissimulantes *A* || praeteriret *P*<sup>2</sup>

109. 1 numquam accidebat, ut menses qui fuerant transacti  
 2 hieme, modo aestivum modo autumnale tempus inci-  
 3 derent.  
 4 Itaque Caesar universam hanc inconstantiam, in- 1, 45  
 5 cisa temporum turbatione, composuit, et ut statum  
 6 certum praeteritus error acciperet, dies viginti unum  
 7 et quadrantem simul intercalavit: quo pacto regradati  
 8 menses de cetero statuta ordinis sui tempora deti-  
 9 nerent. ille ergo annus solus trecentos quadraginta  
 10 quattuor dies habuit: alii deinceps trecentenos sexa-  
 11 genos quinos et quadrantem. et tunc quoque vitium  
 12 admissum est per sacerdotes. nam cum praeceptum 46  
 13 esset, anno quarto ut intercalarent unum diem, et  
 14 oporteret confecto quarto anno id observari, ante-  
 15 quam quintus auspicaretur, illi incipiente quarto in-  
 16 tercalarunt, non desinente. sic per annos sex et tri- 47  
 17 ginta cum novem dies tantummodo sufficere debuis-  
 18 sent, duodecim sunt intercalati. quod reprehensum  
 19 Augustus reformavit, iussitque annos duodecim sine  
 20 intercalatione decurrere, ut tres illi dies, qui ultra  
 21 novem necessarios temere fuerant intercalati, hoc  
 22 modo possent repensari. ex qua disciplina omnium  
 23 postea temporum fundata ratio est.  
 24 ¶ Verum cum et hoc et multa alia Augusti tempo- 48  
 25 ribus debeantur, qui paene sine exemplo rerum po-  
 26 titus est, tanta et tot in vita eius inveniuntur adversa,  
 27 ut non sit facile discernere, calamitosior an beatior  
 28 fuerit. primum quod apud avunculum in petitione 49

1 accidebat L 1 2 hieme tr. A, hi transacti-eme P<sup>1</sup> 4 caesar] L,  
 caesar (*suprascr.* gaius) B, c. caesar P, gaius caesar SA, augustus  
 caesar H, a. ziu (*suprascr.* lius) cesar Bern. || constantiam A 6 acc.  
13 14 fl. ab. uar. mir. (*om.* sunt) *A*, fl. uaria mir. ab. uaria sunt *P*  
15 inpudice] *G*, in(m)pudicae *LP*, pudicae *HSA*; manibus non castis  
*Priscian.* || cohibunt *G*, co.ibunt *L* 16 latex uin.] le. uin. *A* || se-  
getanos *S*, segestones *h* 16 17 helbesus] *LGAP*, helbessus *HS*  
17 feruet] *LGAP*, feruescit *HS* 18 hacidem *S* 18 19 hemereum *LGP*,  
himereum *SA*, hymereum *H* || permutant *L*<sup>2</sup> 23 soluitur *A*

1 si liquor aquae proximaverit crepitat veluti torreatur.  
 2 || purpureum Aetna mittit, in Pachyno translucidus in-  
 3 venit. || cetera salinarum metalla, quae sunt aut 5, 19  
 4 Agrigento aut Centuripis proximantia, funguntur cau-  
 5 tium ministerio: nam illinc excuduntur signa ad fa-  
 6 cies hominum vel deorum. Thermitanis locis insula  
 7 est harundinum ferax, quae accommodatissimae sunt  
 8 in omnem sonum tiliarum, seu praecentorias facias,  
 9 quarum locus est ad pulvinaria praecinendi, sive vascas  
 10 quae foraminum numeris praecentorias antecedunt, seu  
 11 puellatorias quibus a sono clariore vocamen datur,  
 12 sive gingrinas quae breviores licet subtilioribus tamen  
 13 modis insonant, aut milvinas quae in accentus exeunt  
 14 acutissimos, aut Lydias quas et turarias dicunt, vel  
 15 Corinthias vel Aegyptias aliasve a musicis per di-  
 16 versas officiorum et nominum species separatas.  
 17 In Halesina regione fons alias quietus et tran- 20  
 18 quillus cum siletur, si insonent tibiae exultabundus  
 19 ad cantus elevatur, et quasi miretur vocis dulcedinem

v. 2 purpureum — invenitur compilavit Isidorus 16, 2, 5 || v. 17 in  
 Halesina — p. 58, 1 intumescit expressit Priscianus v. 499 — 501

1 aquae om. A 2 pupureum A || aethna libri boni cum Isidoro,  
 henna L<sup>3</sup>P Salm. male; Centuripis purpureus Plin. 31, 86 4 agri-  
 gento] LG<sup>2</sup>P Bern., agrigenta G<sup>1</sup>, agrigentino hSA || centuripis] A,  
 centuripiis LGP, centuripino HS || fulguntur h 4 5 cautio S, cau-  
 tici A 5 ministerio] uice P<sup>2</sup> || illic HS || excuduntur] LGP, excu-  
 dunt A, excidunt HS, excluduntur B, excludunt Laur. 6 thermita-  
 nis] testantis L<sup>1</sup>, meretanis A 7 quae accommodatissimae] LP<sup>1</sup>,  
 quae accomodatissime G, quae accommodae A, quae maxime accom-  
 modatae P<sup>2</sup>, ea commodissime S, hae accommodatissimae H 8 om-  
 nium h 9 quorum A || ad] a A || pulvianaria S, pluvinaria P<sup>1</sup>  
 || praecidendi A 10 numeris] numerum h || praecentorias] LGAP<sup>1</sup>,  
 ceptorias Bern., perpulcras P<sup>2</sup>, om. hS || anteuertunt AP<sup>2</sup> || siue HA  
 11 puellarias H || uocamen] nomen h 12 gingrias A 15 aegypt-  
 ias] eptias H || per — 16 sep.] per diuersa officia et nomina sep. A  
 17 halesina] AP, alesina HS, alisina LG 18 si insonent] dum so-  
 nuntur h, dum insonant Bern. || exultandus A 19 ad cantum H,  
 a cantu A || dulc uocis A



- 5, 21 ultra margines intumescit. Gelonium stagnum taetro 1 ign.  
 odore abigit proximantes. ibi et fontes duo, alter de 2  
 quo si sterilis sumpserit fecunda fiet: alter quem si 3  
 22 fecunda hauserit vertitur in sterilitatem. stagnum Pe- 4  
 trensium serpentibus noxium est, homini salutare. 5  
 || in lacu Agrigentino oleum supernatat: hoc pingue 6 PL. 35, 179  
 haeret harundinum comis de adsiduo volutabro, e 7  
 quarum capillamentis legitur unguentum medicum 8  
 contra armentarios morbos. 9
- 23 || Nec longe inde collis Vulcanius, in quo qui di- 10 ign.  
 vinae rei operantur ligna vitea super aras struunt 11  
 nec ignis adponitur in hanc congeriem: cum prosicias 12  
 intulerunt, si adest deus, si sacrum probatur, sarmenta 13  
 licet viridia sponte concipiunt et nullo inflagrante halitu 14  
 24 ab ipso numine fit accendium. ibi epulantes adludit 15  
 flamma, quae flexuosis excessibus vagabunda quem 16  
 contigerit non adurit nec aliud est quam imago nuntia 17  
 perfecti rite voti. idem ager Agrigentinus eructat li- 18  
 mosas scaturrigines et ut venae fontium sufficiunt 19  
 rivis subministrandis, ita in hac Siciliae parte solo 20  
 numquam deficiente aeterna reiectione terram terra 21  
 evomit. 22

v. 1 Gelonium — 2 proximantes *compilavit Isidorus* 13, 13, 8 || v. 2 ibi  
 et — 4 sterilitatem *compilavit Isidorus* 13, 13, 5

1 utra *P* || celonium *AP*, geleonium *h*, geldeleonum *Bern.* 2 ibi  
 et (et *om. A*, *supra v. P*) fontes duo] *HSAP*, *om. LG*; in Sicilia fontes  
 sunt duo *Isidorus* 2 3 alterum .... alterum *LGAP* 3 fecunda fiet]  
*LGAP*, fecundatur *HS* 4 5 petrensiu] *AP*, petresium *LG*, preten-  
 sium *HS* 6 lacu] *LGAP Bern.*, loco *hS* 7 8 e quarum] aequorum *S*,  
 equorum *H* 10 uolcanius *S*<sup>1</sup> || qui] quid *HS* 11 operatur *H*  
 || lignea *A* || uitaea *L*<sup>1</sup>, uittea *A*, uetera *S* 12 prosicias *erasum*  
*in L* 13 intulerint *HA* || probetur *S*, approbatur *A* || sacramenta *S*  
 (uel sarmenta *mg.*) 14 licet uiridia] uirentia lucent *A* 14 15 halitu ab  
 ipso] *LGP*, halitato *S*, alitato *H*, alittato *A* 15 nomine *fic G* || ubi *H*  
 || epulantis *HS* 16 fluxuosis *G*, flectuosus *A* || quem] quae *A*  
 17 nuntio *P* 18 uoti idem] uocati id est *G* || ager] *HSAP*, aer *LG*  
 19 sufficiunt] *A*, sufficiant *LGHSP* 20 sicilia *S* 21 terram]  
 terrarum *P*<sup>1</sup> 22 uomit *H*

- PL. 37, 139 1 || Achaten lapidem Sicilia primum dedit in Acha- 5, 25  
 2 tae fluminis ripis repertum, non vilem, cum ibi tan-  
 3 tum inveniretur, quippe interscribentes eum venae na-  
 4 turalibus sic notant formis, ut cum optimus est varias  
 PL. 37, 5 5 praeferat rerum imagines. || unde anulus Pyrrhi regis  
 6 qui adversus Romanos bella gessit non ignobilis fa-  
 7 mae fuit, cuius gemma achates erat, in quo novem  
 8 Musae cum insignibus suis singulae et Apollo tenens  
 9 citharam videbantur, non inpressis figuris sed inge-  
 PL. 37, 139. 10 nitis. || nunc diversis locis paret. dat Creta quem 26  
 140 11 curalliachaten vocant curallio similem, sed inlitum  
 12 guttis auro micantibus et scorpionum ictibus resistentem.  
 13 dat India reddentem nunc nemorum nunc ani-  
 14 malium facies, quem vidisse oculis favet quique intra  
 15 os receptus sedat sitim. sunt et qui usti redolent 27  
 16 myrrhae odorem: haemachates sanguineis maculis in-  
 PL. 37, 141 17 rubescit: || sed qui maxime probantur vitream habent.  
 PL. 37, 139 18 perspicuitatem ut Cyprius: || nam qui sunt facie cerea  
 IGN. 19 abundantes trivialiter negleguntur. || omnis ambitus  
 20 huius insulae clauditur stadiorum tribus milibus.  
 PL. 3, 92 21 || In freto Siculo Hephaestiae insulae viginti quin- 6, 1  
 22 que milibus passuum ab Italia absunt. Itali Vulca-  
 IGN. 23 nias vocant, || nam et ipsa natura soli ignea: per oc-

v. 1 achaten — 2 repertum *compilavit Isidorus* 14, 6, 34. 16, 11, 1  
 || v. 1 achaten — 5 imagines *expressit Priscianus* v. 502—504 || v. 19  
 omnis — 20 milibus *compilavit Isidorus* 14, 6, 34 || v. 22 Itali Vul-  
 canias — p. 60, 13 dictas habemus *inter alia compilavit Isidorus* 14, 6, 37

1 chatem *P* || ded. pr. *H* 4 notant] *LAP*, notat *G*, notam *HS*  
 || opimus *G* 6 romanis *h* || gessit bella *S* 6 7 fama *G* 7 agathes *S*  
 8 tenes *G* 9 chytharum *S* || uidebatur *LGP* 9 10 ingentis *hS*  
 10 quam *h* 11 curalliachaten] *A*, curaliachaten *P*, curaliiachaten *LG*,  
 curaliiagathem *S*, curaliiacaten *H* || curallio] *LA*, curalio *GHSP* || sed  
 et *HS* 16 hemachataes] *G*, achates *LAP*, agathes *S*, acates *H*;  
 hem *syllabam absorbit praecedens* em 16 17 rubescit *h* 18 cerea  
 facie *A* 19 neglegantur *S* || omnis — 20 clauditur *in marg. suppl. L*  
 21 siciliae *HS* || effestiae *LGS*, efestiae *HAP* 22 habit *lia* ad-  
 sunt *G* 22 23 uolcanias *S* 23 ipsa] *LGHSP*, ipse *A* || solis *S*

- culta commercia aut mutuantur Aetnae incendia aut 1 IGN.  
 subministrant. || hic dicta sedes deo ignium. numero 2 PL. 3, 92.93  
 6, 2 septem sunt. Liparae nomen rex dedit Liparus qui 3  
 eam ante Aeolum rexit. alteram Hieran vocaverunt: 4  
 ea praecipue Vulcano sacra est et plurimum colle 5  
 3 eminentissimo nocte ardet. Strongyle tertia, Aeoli 6  
 domus, vergitur ad exortus solis || minime angulosa, 7 IGN.  
 || quae flammis liquidioribus differt a ceteris. haec 8 PL. 3, 93  
 causa efficit quod ex eius fumo potissimum incolae 9  
 persentiscunt quinam flatu in triduo pertendant: 10  
 quo factum ut Aeolus rex ventorum crederetur. ce- 11  
 teras Didymen Eriphusam Phoenicusam Euonymon 12  
 quoniam similes sunt dictas habemus. 13  
 7, 1 || Tertius Europae sinus incipit a Cerauniis mon- 14 PL. 4, 1  
 tibus, desinit in Hellespontum. || in eo apud Molossos, 15 PL. 4, 2  
 ubi Dodonaei Iovis templum, Talarus mons est, circa 16  
 radices nobilis centum fontibus, ut Theopompo placet. 17  
 2 || in Epiro fons est sacer, frigidus ultra omnes aquas 18 MEL. 2, 3, 5  
 et spectatae diversitatis, nam ardentem si in eo de- 19 cf. PL. 2, 228

v. 18 in Epiro — p. 61, 2 inflammat compilarunt Augustinus 21, 5, 1;  
 Priscianus v. 390—395; Isidorus 13, 13, 10

1 2 mutuatur a. inc. a. subministrat G 3 sunt septem LGP || dedit  
 rex A 4 ante aeolum eam H || hieran] LGP, hieram HSA 5 sa-  
 crata] LGHP, sacra SA 5 6 colle eminens ardet noctibus A, sacro  
 colle eminens ardet noctibus P<sup>2</sup> 7 uergit A || solis exortum A,  
 ortus solis h 10 praesentiscunt A || pertendat H, sint futuri AP<sup>2</sup>  
 12 sidima h || eriphusam] P, erifusam SA, eripusa H, eriphisam LG;  
 Eriphusa Plin. (Leid.), Erepusa libri Capellae || phenicusam LGP,  
 phinicusam S, phynicusam A, faenicusa H || euonymon] P, euoni-  
 mon LG, enonymon HS, enonimen A 14 ceraunis A 15 de-  
 sinet in hellespontum om. S || in hell.] mell. L || in eo] meo L  
 molossos] HP, mollosos LS, molosos GA 16 dedonei h, dodonet A  
 || templum] t. est A || talarus] AP<sup>2</sup> cum Plinii libris, tabarus LGP<sup>1</sup>,  
 tiliarus H, tiliarum S 17 centum nob. H || nobiles S 18 sacer  
 fons est HS, fons sacer est A || omnis SP 19 et spectatae] SAP,  
 expectatae LG, est et spectatae H || ardentem sim (corr. si in) eum  
 demergas P, ardentem si in eum dimergas LG, ardentem si in eo  
 dimergas H, si ardentem in eo demergas S, si ardentem inmergas A

- 1 mergas facem extinguit: si procul ac sine igne ad-  
 FL. 4, 6 2 moveas suoapte ingenio inflamat. || Dodone Tmaro 7, 3  
 PL. 4, 8. 7 3 celsa est. || Delphi Cephiso flumine, Castalio fonte,  
 PL. 4, 6 4 Parnasi iugis celebres. || Acarnania Aracyntho eminet.  
 PL. 4, 5 5 || hanc ab Aetolia Pindus dividit qui Acheloum parit,  
 6 cum primis Graeciae amnibus praeditum veteri cla-  
 PL. 37, 162 7 ritate: nec iniuria, || cum inter calculos quibus ripae 4  
 8 eius micant inveniatur galactites, qui scrupulus ipse  
 9 ater si teratur reddit sucum album ad lactis saporem.  
 10 feminis nutrientibus inligatus fecundat ubera, sub-  
 11 nexus parvulis largiusculos haustus facit salivarum.  
 12 intra os receptus liquescit: cum solvitur tamen me-  
 13 moriae bonum perimit. quem post Nilum Achelous  
 14 dat nec alter alius.  
 PL. 4, 13 15 || Propter oppidum Patras Scioessa locus novem 5  
 16 collium opacitate umbrosus et radiis solis ferme in-  
 MEL. 2, 3, 9 17 vius nec aliam ob causam memorabilis. || in Laconia 6  
 IGN. 18 spiraculum est Taenaron: || est et Taenaron promun-  
 cf. PL. 9, 28 19 turium adversum Africae. in quo fanum Methymnaei  
 20 Arionis, quem delphine eo advectum imago testis est

v. 7 cum inter — 14 dat compilarunt Priscianus v. 450 — 452 et Isidorus 16, 10, 4

1 igni *SAP* 2 suoapte (-tae *S*) *hS*, suapte *LGAP*, suoapte (a *supra* o) *Bern.* || tmaro] *hSAP*, utmaro *LG Bern.* 4 celebris *LGHP* || acarnanie *A* || aracyntho *LHSP*<sup>1</sup>, arachinto *GAP*<sup>2</sup> 5 pindos *H* || acaeloum *S* || paret *L* 8 eius] est *h* || inuenientur *S* || talatices *S* || scrupulus] *LGP*, scopulus *HS*<sup>1</sup>*A*, scopulos *S*<sup>2</sup> || quibus ante ipse *ins. S* 9 ater] candidus *A* 11 largiusculos] largiores *AP*<sup>2</sup> || haustus] abustus *P* || facit salivarum (saliburum *L*<sup>1</sup>) *LGP*, s. f. *HSA* 12 intro *h* || cum] dum *A* 12 13 m. b. peremit *S*, m. b. interficit *A*, memoriam interficit bonum perimit *P* 13 achelaus *LG* 14 nec a. a. *om. S*, tercius nemo *A*, nec a. a. tertius nemo *P* 15 cioessa *LP*, tioessa *G*, cloessa *A*, chloessa *H*, choessa *S* 16 17 inuius] *HSAP*<sup>2</sup>, inuisus *LGP*<sup>1</sup> 17 laconia] *LH*, laconica *GSAP* 18 taen.] enaron *G* || est et taenaron (tenaron *L*<sup>2</sup>*P*, theneron *G*) *LGP*, *om. HSA* 19 fanum] fanum est *H* 20 arionis] *LGAP*, arinis *S*, eionis *h*, eiionis *Bern.* || quem delphine (delfine) eo] *HSA*, quem delphino *LG*, qui delphino (e *supra* o) *P*

- aerea ad effigiem casus et veri operis expressa: prae- 1 ION.  
 terea tempus signatum: olympiade enim undetricesima, 2  
 qua in certamine Siculo idem Arion victor scribitur, 3  
 7, 7 id ipsum gestum probatur. est et oppidum Taena- 4 cf. PL. 4, 16  
 ron nobili vetustate: praeterea aliquot urbes, inter 5  
 quas Leuctrae non obscurae iam pridem Lacedaemo- 6  
 8 niorum foedo exitu: Amyclae silentio suo quondam 7  
 pessum datae: Sparta insignis cum Pollucis et Cas- 8  
 toris templo tum etiam Othryadis inlustris viri titulis: 9  
 Therapne unde primum cultus Dianae: Pitane quam 10  
 Arcesilaus stoicus inde ortus prudentiae suae merito 11  
 9 in lucem extulit: Anthia et Cardamyle. ubi quondam 12  
 fuere Thyrae, nunc locus dicitur, in quo anno septimo 13  
 decimo regni Romuli inter Laconas et Argivos me- 14  
 morabile fuit bellum. nam Taygeta mons et flumen 15  
 Eurotas notiora sunt quam ut stilo egeant. 16  
 10 Inachus Achaiae amnis Argolicum secat tractum, 17 cf. PL. 4, 17  
 quem rex Inachus a se nominavit, qui exordium Ar- 18  
 givae nobilitati primus dedit. Epidauro decus est 19 cf. PL. 4, 18  
 Aesculapii sacellum, cui incubantes aegritudinum re- 20  
 11 media capessunt de monitis somniorum. Pallanteum 21 cf. PL. 4, 20

v. 17 Inachus — 19 primus dedit *compilavit Isidorus* 13, 21, 25.  
 14, 4, 15

1 aerea] *HS*, erea *A*, aera *G*, *erasum* in *L*, *om.* *P* || et] ut *G*  
 || expressa et veri operis *h*, et fidem rerum excusa *P*<sup>2</sup> || aere post  
 expressa *ins.* *LGP* 3 qua in] quam *H* || certamine] termine *S*  
 4 probator *G*, probat *S* 4 5 tenarion *H* 5 nobilis *LP* || aliquot]  
*HAP*, aliquod *S*, aliquas *LG* 6 leustrae *SA*, leutae *H*, leuthe *P*<sup>2</sup>  
 8 9 cast. et poll. *H* 9 et ante templo *ins.* *P* || othryadis] *A*, othria-  
 dis *HSP*, othriyades *L*, othriades *G* 10 therapne] *LGP* ut *Plin.*  
 4, 16 (*Ricc.*), theramne *SA Bern. et Plin. l. c. (Leid.)*, theranne *h*  
 || pitanae *A*, pithane *LS*, pithanae *H*, pithane *G*, pythanae *P* || quam  
*om.* *A* 11 arcesilaus] *GHS*, archesilaus *A*, archedicitur *corr.* archesilaus  
*L*, archesilas *P* || stoicus] sophicus *P*<sup>2</sup>, uel sophicus stoi-  
 cus *G* || suae *om.* *A* 12 antia *LGSP*, ancia *HA* || cardamile  
*LGHP*, cardamilae *A* 13 thyre *LGAP*, tyre *S*, thire *H* 15 bel-  
 lum fuit *LG* || nam] iam *Salm. contra libros* || taugeta *LG* 18 quem]  
 quae *A* 19 nobilitatis *A* || epitauro *A* 21 de *om.* *AP* || pall.]  
 pall. oppidum *H*

- IGN. 1 Arcadiae quod Palatio nostro per Euandrum Arcada  
 cf. PL. 2, 231 2 appellationem dederit, sat est admonere. in qua mon-  
 3 tes Cyllene et Lycaeus, Maenalus etiam diis alumnis  
 4 inclaruerunt: inter quos nec Erymanthus in obscuro  
 5 est. inter flumina Erymanthus Erymantho monte de-  
 6 missus et Ladon ille Herculis \*pugna, hic \*Pane  
 7 clara sunt.
- cf. PL. 2, 231 8 Varro perhibet fontem in Arcadia esse cuius in- 7, 12  
 PL. 10, 87 9 terimat haustus. || in eadem parte de avibus hoc so-  
 10 lum est non indignum relatu, quod cum aliis locis  
 11 merula furva sit, circa Cyllenen candidissima est.
- IGN. cf. PL. 12 || nec lapidem spreverimus quem Arcadia mittit: 13  
 37, 146 13 asbesto nomen est, ferri colore, qui accensus semel  
 14 extingui nequitur.
- PL. 4, 18, 19 15 || In Megarensium sinum Isthmos exit, ludis quin- 14  
 16 quennialibus et delubro Neptuni inclitus: quos ludos  
 17 eapropter institutos ferunt, quod sinibus quinque Pe-  
 18 loponnesi orae alluuntur, a septentrione Ionio, ab  
 19 occidente Siculo, a brumali \*oriente Aegaeo, a sol-  
 20 stitiali oriente Myrtoo, a meridie Cretico. || hoc spec-

v. 5 Erymanthus E. m. d. compilavit Isidorus 13, 21, 25 || v. 10 cum aliis — 11 est compilarunt Priscianus v. 415 et Isidorus 12, 7, 69. 14, 4, 15 || v. 13 asbesto — 14 nequitur compilarunt Augustinus de civ. dei 21, 5, 1; Priscianus v. 416—418; Isidorus 14, 4, 15. 16, 4, 4

1 quo LP || arcadam A 2 quam S, quo P 3 lyceus] LP, liceus GA, lycheos S, hyceos h, liceos Bern. || alumnus S 4 nec] net A || e.rymanthus L, erimanthus GA, herimantus H 5 inter flumina] flumen H || erymanthus erymantho] P, e.rymanthus e.rymantho L, eurimanibus erimantho G, erimanthus erimantho A, herimantus herimanto H 5 6 dimissus HSA 6 et] est et LP || ladon] LGAP, lanod HS || pugnae hic plane libri; em. Salmas. 7 clarae A 8 9 interaemat S 9 haustos S || eadem] hac terrarum AP<sup>2</sup> 10 est om. A 11 furua] LGAP, fulua HS || cyllenen] L<sup>2</sup> GAP, cyllenem S, cillenem H 13 arbesto A, abesto H || qui] hic A 14 nequitur] L<sup>1</sup> SP<sup>1</sup> cum Prisciano, nequit L<sup>2</sup> GH, non potest AP<sup>2</sup> 15 sthmos G || ludis] LGAP, in ludis HS 15 16 quinquennialibus P 18 ora A || alluuntur] LGAP, aluuntur S, abluuntur H || ionio et ab LG 19 a brumali occidente libri 19 20 solstitiale L<sup>1</sup> 20 mirtoo] LGP, myrtho S, mirteo HA || crotico h

- taculum per Cypselum tyrannum intermissum Co- 1 IGN.  
 rinthii olympiade quadragesima nona sollemnitati pris- 2  
 7, 15 tinae reddiderunt. ceterum Peloponneson a Pelope 3  
 regnatam nomen indicio est. || ea ut platani folium 4 MEL. 2, 3, 3.  
 recessibus et prominentiis figurata divortium facit 5 7 cf. PL. 4, 9  
 inter Ionium et Aegaeum mare, quattuor non am- 6  
 plius milibus dispescens utrumque litus excursu tenui, 7  
 quem Isthmon dicunt ob angustias. 8
- 16 || Hinc Hellas incipit, quam proprie veram habent 9 PL. 4, 23  
 Graeciam. quae nunc Attice, Acte prius dicta: ibi 10  
 Athenae. cui urbi saxa Scironia propinqua sunt, por- 11  
 recta sex milibus passuum, || ob honorem ultoris 12 IGN.
- 17 Thesei et memoriam nobilis poenae sic nominata. ex 13  
 istis rupibus Ino se cum Palaemone filio in profunda 14
- 18 praecipitem iaculata auxit maris numina. || nec At- 15 PL. 4, 24  
 ticos montes partitim tacebimus. est Icarius, est et 16  
 \*Brilessus, est Lycabettus et Aegialus: sed \*Hymetto 17  
 || meritissime ac iure tribuitur principatus, quod ad- 18 IGN.  
 prime florulentus eximio mellis sapore et externos 19  
 omnes et suos vincit. || Callirhoen stupent fontem, 20 PL. 4, 24

v. 9 proprie veram — 10 dicta *expressit* Isidorus 14, 4, 10

1 2 corinthi *L* 2 3 pr. sol. *S* 3 peloponneson] *P*, peloponenson *L*,  
 pennonson *G*, peloponessenon *A*, pelleponnenson *S*, a peloponenson *h*,  
 peloponensem *Bern.* || pelope] *GHA*, pelopi *LSP* 4 regnatum *h*  
 5 rec. et prominentiis (-tis)] *HS*, per recessus et prominentias (-tia) *AP*,  
 recessibus et prominentibus *LGP* 7 dispescens] *LGHP*, discens *S*,  
 desciscens *A* 8 quam *P* || isthmon] *P*, istmon *A*, isthemon *L*,  
 histemon *G*, stenon *S*, stennon *H* || ob] *L supra v.* 9 hella *A* || ha-  
 bent] esse uolunt *AP*<sup>2</sup> 10 qui *S* || attica *A* 11 schironia *LP*,  
 scrironia *G* 13 therei *S* || memoria *G* 16 partitim] *S*, partim *HA*,  
 in partem *LGP* 16 17 est et briesus *A*, est ebriesus *HS*, est et  
 briesius *L*, est et ebriesus *G*, est et brigesus *P* 17 est] est et *A*,  
 est e *GP* || lycabettus] *S*, lycabetus *L*, lycabetius *P*, licabectus *A*,  
 licabetus *G*, licatbectus *H* || egrialus *AP* || hymetio *LGA*, himetio *P*,  
 imetio *H*, ymedio *S* 18 tribuitur] *HSA*, adtribuitur *LGP* || quod]  
 quia *A* 19 melli *A* || et om. *G* 20 omnis *S*<sup>1</sup> *P* || callirohen *A*,  
 calliyoen *H*, callyphen *G* || stupet *L*<sup>1</sup>, stupen *P*

- 1 nec ideo Cruneson fontem alterum nullae rei nume-  
 PL.4,24 auct. 2 rant. || Atheniensibus iudicii locus Arios pagos. Ma-  
 3 rathon campus factus memorabilis opinione proelii  
 PL.4,62 auct. 4 cruentissimi. || multae quidem insulae obiacent Atti- 7, 20  
 5 cae continenti, sed suburbanae ferme sunt Salamis  
 6 Sunium Ceos Coos, quae, ut Varro testis est, sub-  
 7 tilioris vestis amicula arte lanificae scientiae prima in  
 8 ornatum feminarum dedit.
- PL.4,25. IGN. 9 || Boeotia Thebis enitet. || Thebas condidit Am- 21  
 10 phion, non quod lyra saxa duxerit, neque enim par  
 11 est ita gestum videri, sed quod adfatus suavitatem ho-  
 12 mines rupium incolas et incultis moribus rudes ad  
 PL. 4, 25 13 obsequii civilis pellexerit disciplinam. || urbs ista fu- 22  
 14 minibus apud se ortis gloriatur, ut perhibent qui  
 15 sacris carminibus Herculem et Liberum celebrant.  
 16 apud Thebas Helicon lucus est, Cithaeron saltus,  
 17 amnis Ismenus, fontes Arethusa Oedipodia Psa-  
 18 mathe Dirce, sed ante alios Aganippe et Hippocrene: 23
- IGN. 19 || quos Cadmus litterarum primus repertor quoniam  
 20 equestri exploratione deprehendisset, dum rimatur

v. 2 Marathon — 4 cruentissimi compilavit Isidorus 14, 4, 10  
 || v. 6 Coos — 8 dedit compilavit Isidorus 14, 6, 18

1 nec — fontem om. S || cruneson LGP, crunescon HA 1 2 mu-  
 nerant P 2 arios pagos] LHP, ariopagus GA, ariospagus S 2 3 ma-  
 rathon G, marthon H 3 4 op. pr. cr.] ducibus et proeliis nobilissimis P<sup>2</sup>  
 4 et multae A 5 continentis S, continentes A || suburbanae] LGAP,  
 sub urbe HS 6 unium S || coos] LP cum Isidoro, toos G, choos  
 HSA 7 lanifica scientia A 8 ornatu H 9 boetia A || condidit]  
 LGAP, condit HS 10 saxa om. A 11 ita] id ita A, om. h 12 rudes  
 om. A 13 perrexerit S, prouocauerit P<sup>2</sup> 15 et om. H 16 apud  
 thebas] AP, apud thebas isdem thebis HS itaque videtur fuisse in L,  
 ubi tamen isdem thebis erasum est, isdem thebis G || lucus] AP,  
 locus LGHS || est] est in A 17 18 psamate H, psamatae P,  
 psarmathe LG 18 hippocrene] LGP, hipucrene S, yppocrenae H,  
 yppocrena A 19 catmus S, cathmus H || repertor — 66, 1 loca]  
 repertor dum inquit quanam adissent (adiset P) loca quoniam eq.  
 expl. primus repperit AP<sup>2</sup> 20 ex equestri LP || miratur H



- quaenam insideret loca, incensa est licentia poetarum 1 IGN.  
 ut utrumque pariter disseminaretur, et quod aperti 2  
 forent alitis equi ungula, et quod poti inspirationem 3  
 7, 24 facerent litterariam. || Euboea insula laterum obiectu 4 PL. 4, 26 sanct.  
 efficit Aulidis portum, saeculis traditum Graiae con- 5  
 25 iurationis memoria. || Boeoti iidem sunt qui Leleges 6 PL. 4, 27  
 fuerunt: per quos defluens Cephisos amnis se in 7  
 26 maria condit. in hac continentia Opuntius sinus, La- 8  
 risa oppidum, Delphi, || Ramne quoque, in qua Am- 9 MEL. 2, 3, 6  
 phiarai fanum et Phidiacae signum Dianae. 10  
 27 || Varro opinatur duo in Boeotia esse flumina, 11 IGN. cf. PL. 2, 230 et SOL. 33, 1  
 matura licet separi, miraculo tamen non discrepante: 12  
 quorum alterum si ovillum pecus debibat pullum fieri 13  
 coloris quod induerit, alterius haustu quaecunque vel- 14  
 28 lerum fusca sint in candidum verti. addit videri ibi 15  
 puteum pestilentem, cuius liquor mors est haurien- 16  
 tibus. || perdicēs sane cum ubique liberae sint ut 17 PL. 10, 78  
 aves universae, in Boeotia non sunt nec cum volant 18  
 sui iuris, sed in ipso aëre quas transire non audeant 19

v. 11 duo in Boeotia — 15 verti *compilavit Priscianus* v. 428 — 431;  
*Isidorus* 13, 13, 5 *pendet potius ex Plinio* 31, 13

2 pariter utrumque *AP*, utrumque (*om.* pariter) *h* || deseminaretur *LGP*,  
 aulgetur *A*, uulgarent *P*<sup>2</sup> || et quod — 4 litterariam] scilicet  
 quod eorum alter alitis equi ungula sollicitatus foret alter potatus  
 (potus *P*) facundia animas irrigaret *AP*<sup>2</sup> 2 3 aperta foret *LGP*,  
 reperti forent *HS* 4 insua *S* || laterum *P* 5 saeculis traditum] *AP*,  
 qui saeculis traditum *hS*, qui saeculis traditur *LG Bern.* || graiae]  
 graue *S*, grāe *H* 6 boeotii *P*, boetii *LG*, boeti *HA*; debuit esse  
 Locri || leleges] *L*<sup>2</sup> *hP Plinius*, leges *L*<sup>1</sup> *GSA Bern.* 7 ferunt *A*  
 || cephisos] *LP*, cephisus *G*, cefisos *HS*, scefisos *A* 7 8 se in  
 m. condit] *HSA*, in maria conditur *LGP* 8 9 larisa] *LGP*, la-  
 rissa *HSA* 9 ramne] *LSP Bern.*, ramnae *G*, rannae *h*, amne *A*  
 9 10 amphiarai *S*, amphirai *H* 10 fidiacae *H* 11 duo] quo *P* || boeotia  
*LGP*, boetia *HA* 12 separi] separata *A* 13 ebibat *H* 15 fusca]  
 furua *A* || addidit etiam uid. *AP* 15 16 puteum ibi *G* 16 17 cu-  
 ius liquor mors est haurientibus (haurientibus *om.* *HS*)] *LGHSP*,  
 cuius liquorem qui hauserit bibit mortem *A* 18 boetia *LGHA*  
 19 in *om.* *S*

- PL. 1 metas habent: inde ultra notatos iam terminos num-  
 2 quam exeunt nec in Atticum solum transmeant.  
 SOL. 3 ¶ Hoc Boeotiis proprium: nam quae communia sunt 7, 29  
 PL. 10, 100 4 omnibus, generatim persequemur. ¶ concinnantur a  
 5 perdicibus nidi munitione sollerti: spineis enim fru-  
 6 ticibus receptus suos vestiunt, ut animalia quae in-  
 7 festant arceantur asperis surculorum. ovis stragulum  
 8 pulvis est, ad quae clanculo revertuntur, ne indicium  
 9 loci conversatio frequens faciat. plerumque feminae 30  
 10 transvehunt partus, ut mares fallant, qui eos saepis-  
 11 sime adfligunt impatientius adulantes. dimicatur circa  
 12 conubium victosque credunt feminarum vice venerem  
 PL. 10, 102 13 sustinere: ¶ ipsas libido sic agitat, ut si ventus a mas-  
 FL. 10, 103 14 culis flaverit fiant praegnantes odore. ¶ tunc si quis 31  
 15 hominum ubi incubant propinquabit, egressae matres  
 16 venientibus sese sponte offerunt et simulata debi-  
 17 litate vel pedum vel alarum, quasi statim capi pos-  
 18 sint, gressus fingunt tardiores. hoc mendacio solli-  
 19 citant obvios et eludunt, quoad propecti longius a  
 20 nidis avocentur. nec in pullis studium segnius ad 32  
 21 cavendum: cum visos se persentiscunt, resupinati gle-  
 22 bulas pedibus attollunt, quarum obtentu tam callide  
 23 proteguntur ut lateant deprehensi.

1 terminos *om. G* 3 boeotiis] *P*, boeotis *S*, boetiis *LG*, boetis *HA*  
 4 persequantur *A* 5 munitione *S* ¶ sollerti] praeualida *A* 5 6 fru-  
 ticibus] *HS*, fruticibus ac surculis *LP*, fructibus ac surculis *G*, as-  
 serculis (*om. fruticibus*) *A* 7 sarculorum *S* ¶ straculum *G*, strangu-  
 lam *h* 8 ad quae] *GHP*, atquae *L*, atque *SA* ¶ clanculo *G* ¶ in-  
 dicium] indicibus *A* 9 loci] *HSAP*, locis *LG* 10 qui eos —  
 69, 21 res est *om. A* folio exciso; cuius loco adhibuimus *Laurentia-*  
*num (F) omissis minoribus* 10 eos] *LHSP*, eas *G* 10 11 saepissime *L*  
 11 adulantes] ambientes *F* ¶ dimicatus *G* 12 13 ven. sust.] coi-  
 tibus subiacere *F* 13 agitant *G* 15 incubat *S* ¶ propinquavit *G*  
 18 figunt *H* 18 19 sollicitant] *LGFP*, incitant *S*, illicitant *H*  
 19 alludunt *H* ¶ propecti] *LGHP*, profecti *SF* ¶ longius *P* 20 sta-  
 dium *P* ¶ segnium *G* 22 quorum *H* 23 lat. etiam depr. *FP*

- 8, 1 || Thessalia eadem est et Haemonia, quam Home- 1 PL. 4, 28 auct.  
 rus Argos Pelasgicon nominat: ubi genitus est Hellen, 2  
 a quo rege Hellenes nominati. || huius a tergo Pieria 3 PL. 4, 29  
 ad Macedoniam protenditur, quae devicta sub Mace- 4  
 donum venit iugum. multa ibi oppida, multa flu- 5  
 2 mina. || de oppidis egregia sunt Phthia, Larisa Thes- 6 PL. 4, 28. 29  
 sala et Thebae, || de amnibus Peneus, qui praeter 7 PL. 4, 30  
 Ossam Olympumque decurrens collibus dextra lae- 8  
 vaque molliter curvis nemorosis convallibus Thessa- 9  
 lica facit Tempe, || undisque apertior Macedoniam ac 10 IGN.  
 Magnesiam interluens in Thermaeum sinum decidit. 11  
 3 || Thessaliae sunt Pharsalici campi, in quibus civi- 12 PL. 4, 29 auct.  
 lium bellorum detonuerunt procellae. || ac ne in montes 13 IGN.; cf. PL. 4, 30  
 notos eamus, Pindum et Othryn agitent qui Lapitha- 14  
 rum originem persequuntur, Ossam quos Centaurorum 15  
 4 stabulis immorari iuvat. Pelium autem nuptiale con- 16  
 vivium Thetidis atque Pelei in tantum notitiae ob- 17  
 5 tulit, ut taceri de eo magis mirum sit. nam Olym- 18

v. 3 huius — 6 flumina *compilavit Isidorus* 14, 4, 12 || v. 12 Pharsalici — 13 procellae *male expressit Isidorus* 14, 4, 11 || v. 18 Olympum — 69, 9 consecratum *excerpsit Dicuil* 9, 1, *expressit Isidorus* 14, 4, 13

1 thesalia *G*, thesali *S* || eadem] idem *H* 2 pelasgi cognominat *LGP*, pelagi (pelasgo *Bern.*) cognominat *H*, pelasgi cognominant *F*, pelasgicon connominat *S* 3 reges *HSA* 4 pertenditur *G* 5 fl. m. opp. *G* 6 phthia] *F*, phtia *H*, thia *LGP*, phia *S* || larissa *H* 6 7 thessala] *P*, thessalia *LHS*, thesalia *G* 7 amni *k* || paeneus *L*, penius *SF* || propter *H* 8 9 colle .... curuo *FP* 9 10 thesalica *GS* 11 interlucens *k* || hermeum *P* || decidit] conditus *F*, conditur *P*<sup>2</sup> 12 thesaliae *GS*, thessalia *P* || pharsalici *L*, pharsalici *G* 13 detonuerunt] decurrerunt *F* 14 othryn] *F*, othrin *HS*, othim *G*, othin. *L*, othin *P* || agitent] celebrent *F*, celebrant *P*<sup>2</sup> 14 15 lapthitarum *G* 15 persequuntur] *LGS*, persequuntur *HF*, persecuntur *P* 16 stabuli *G*, fabulis *F* || peliona *F*, pelogium (*suprascr.* pelium uel pelion) *P* 18 sit] sunt *P* || nam olympum — 69, 9 consecratum] *hoc loco LGH Dicuil* (*nam citat Solinum 'de Thessalia narrantem'*); *post* 9, 9 *extr. specie litorali collocant SA eoque transponenda esse indicat L*<sup>2</sup> '*fidem vetusti codicis anteponeus*' eodemque loco habet *P*, ubi tamen prima duo verba nam olympum etiam altero loco post magis mirum sit exhibentur

- IGN. 1 pum ab Homero non per audaciam celebratum do-  
 2 cent, quae in eo visitantur. primum excellenti vertice  
 3 tantus attollitur, ut summa eius caelum accolae vo-  
 4 cent. ara est in cacumine Iovi dicata, cuius altari- 8, 6  
 5 bus si qua de extis inferuntur, nec diffiantur ven-  
 6 tosis spiritibus nec pluviis diluuntur, sed volvente  
 7 anno cuiusmodi relictæ fuerint eiusmodi reperiuntur:  
 8 et omnibus tempestatibus a corruptelis aurarum vin-  
 9 dicatur quidquid ibi semel est deo consecratum.
- 10 In regione Magnesia Mothona oppidum est, quod 7  
 11 cum obsideret Philippus Macedonis Magni pater, dam-  
 12 natus est oculo iactu sagittæ, quam iecerat Aster op-  
 13 pidanus inscriptam suo nomine, loco vulneris, no-  
 14 mine quem petebat. populum istum callere arte sa-  
 15 gittaria credere possumus vel de Philoteta, quoniam  
 16 || Meliboea in hoc pede computatur. sed ne transea-  
 17 mus praesidium poetarum. fons Libethrius et ipse  
 18 Magnesiæ est.
- 19 || Qui Edonii olim populi quæque Mygdonia erat 9, 1  
 20 terra aut Pierium solum vel Emathium, nunc omne  
 21 uniformi vocabulo Macedonica res est, et partitiones

v. 17 praesidium poetarum fons Libethrius male coniuncta compilavit  
 Capella 6, 654, in reliquis hoc loco secutus Plinium || v. 19 qui Edonii  
 — 71, 18 reliquit epitomavit Capella 6, 655

2 uisuntur *H* contra *Dic.* et *rel.* 3 extollitur (*suprascr.* at *A*) *A* *Dic.*  
 4 cac.] cac. eius *Dic.* || ioui dic.] sacrum iouis dic. *A* 5 de extis]  
 dextris *A* || inferantur *H* || nec diff.] non diff. *Dic.*, nec diffam-  
 mantur *H* 6 pluuiis dil.] humoribus pluuiis diruuntur *A* || uolente *P*<sup>1</sup>  
 7 fuerunt huiusmodi *L*<sup>1</sup> 8 a] *SP*, ac *LGHA* *Dicuil* 9 de eo *S*  
*codicesque Dicuii duo boni* || post consecratum *ins.* litteræ in cinere  
 scriptæ usque ad (ad usque *P*) alteram anni cerimoniam permanent *AP*  
 10 magnensia *S* 11 macedoni *S* 12 oculum *FP* || iactu] *LGFP*,  
 ictu *HS* 13 inscribitam *S* 15 philotecta *P* 16 in hoc pede  
 comp.] istic habetur *F*, in hoc pede computatur melibia (melibya *P*<sup>2</sup>)  
 istic habetur *P* 17 libetrius *H*, libetyrius *S* 19 qui] ui *P*  
 || erat *om.* *HS* 20 perium *H* || emanthium *L* 21 macedoniica *G*  
 || partionis *S* || ab et partitiones rursus incipit *A*

- quae specialiter antea seiugabantur, Macedonum no- 1 PL.  
mini contributae factae sunt corpus unum. 2
- 9, 2 || Igitur Macedoniam praecingit Thracius limes: 3  
meridiana Thessaliae Epirotae tenent: a vesperali 4  
plaga Dardani sunt et Illyrii: qua septemtrione tun- 5.  
ditur Paeonia ac Pelagonia protegitur a Triballis: 6
- 3 montanis excessibus aquilonio frigori obiecta. || inter 7 PL. 4, 38  
ipsam et Thraciam Strymon amnis facit terminum, 8  
qui ab Haemi iugis inrigat. || verum ut sileam aut 9 PL. 4, 35  
Rhodopen Mygdonum montem || aut Athon classibus 10 PL. 4, 37  
Persicis navigatum continentique abscissum mille 11  
quingentorum passuum longitudine, || simul de auri 12 IGN.  
venis et argenti, quae optimae in agris Macedonum 13
- 4 et plurimae eruuntur, Orestidem dicam. populi sunt 14  
qui ut Orestae dicerentur inde coeptum. a Mycenis 15  
profugus matricida cum abscessus longius destinasset, 16  
natum sibi in Emathia parvulum de Hermiona, quam 17  
in omnis casus sociam adsciverat, hic mandaverat oc- 18  
5 culendum. adolevit puer in spiritum regii sanguinis, 19  
nomen patris sui referens, occupatoque quidquid est 20  
quod procedit in Macedonicum sinum et Hadriaticum 21  
6 salum, terram cui imperitaverat Orestidem dixit. ad- 22

v. 12 13 de auri v. et a. q. o. *excerpsit Isidorus 14, 4, 13*

2 un. corp. *H* 4 meridianam *G* || thesaliae (-lie *L*) epirotae] *LG*,  
thessalie epirote *A*, thessaliaepirotae *S*, thessaliepirote *H*, thessali et  
epirotae *P*; a meridie Epirotis habitatur *Capella* 5 qua] quae *HA*  
5 6 tenditur *H* 6 poeonia *LGP* || paflagonia *HAP* cum *Capella*  
7 frigore *G* 9 ab haemi] habemi *P* || uti *h* 10 rodopem *A* || myg-  
donum] *S*, migdonum *H*, miedonum *LGP*, mictoni *A*; miedonium  
montem *Capellae libri* 11 continentiaque *P*<sup>2</sup> || abscissum *LS*, abo-  
sum *G* 12 longitudinem *G* 12 13 uenis auri *H* 14 orestide *A*  
|| dicant *S* || popupuli *G* 15 orestide *A* || inde coeptum] inceptum *h*,  
incertum *Bern.* || a *om.* *HSAP* 17 sibi *S* || emamathia *G* 18 omnis] *P*,  
omnes *reliqui* || amendaerat *S* 19 in spiritu *G*, in spitum *S*, spi-  
ritu *H* || sanguinis] seminis sanguinis *h* 20 est] *HSAP*, esset *LG*  
21 sinum in mac. *H* 22 imperitauerat] *HSP*, inperitauerat *A*, im-  
perauerat *LG* || orestiden *h*

1 monet Phlegra, ubi antequam oppidum fieret rumor  
 2 est militia mundi dimicatum cum gigantibus, ut pe-  
 3 nitus persequamur quantis probationibus imperii in-  
 4 dicia divinae expeditionis in hoc saeculo persevera-  
 5 verint. illic si quando (ut accidit) nimbis torrentes 9, 7  
 6 excitantur et aucta aquarum pondera ruptis obicibus  
 7 valentius se in campos ruunt, eluvione ossa etiam  
 8 nunc ferunt detegi ad instar quae sunt e corporibus  
 9 humanis sed modo grandiora, quae ob enormem mag-  
 10 nitudinem monstrosi exercitus iactant extitisse, idque  
 11 adiuvatur argumento saxorum inmanium quibus op-  
 12 pugnandum impetum caelum crediderunt.  
 13 Pergam ad residua quae in Thessaliam et Atha- 8  
 14 maniam contendunt. sunt enim arrectiora quam us-  
 15 quam proceritas montana attolli valet nec est in terris  
 16 omnibus quod merito ad istas eminentias comparetur,  
 17 quippe quas solas diluvialis inruptio cum universa ob-  
 18 duceret umido situ inaccessas reliquit. durant ves- 9  
 19 tigia non languidae fidei quibus apparet hos locos  
 20 superstites undosae tempestati fuisse: nam in late-  
 21 brosis rupium cavaminibus quae fluctuum confligiis  
 22 tunc adesa sunt, reduviae conchyliorum resederunt

v. 14 sunt enim arrectiora — 72, 1 expuuntur *expressit Priscianus*  
 v. 433 — 438

1 phegra *LG* 2 militiam *S*, malitia *G* 3 imperii] *LG Bern.*,  
 imperia *h*, inperia *S*, ibidem *A*, ibidem imperii *P* 3 4 iudicia *G*  
 4 expetitionis *S* 4 5 persequ.] permanserint *A* 5 ut *om. h*, post  
 accidit *Bern.* || nimbi *HS* 7 campo *LG* || eluvione *G* 8 nunc]  
 num *P* || ad instar *om. S* 9 grandiore *AP* || enormem] normen *h*.  
 10 monstrosi *GH* || iactitant *HP* 11 adiuvatus *G* 11 12 oppugnand-  
 um impetum (impeditum *G*)] *LGP*, oppugnatum *HS*, obpugnatum *A*  
 13 residuum *S* || thesaliam *S*, thesalia *G* 13 14 ethomoniam *A*,  
 hamoniam *P*, emathiam *H* 14 contendunt] porriguntur *A*, porri-  
 gantur *P* || erectiora *A* 14 15 usquam] ipsa *GB* 15 tolli *A*  
 17 diluvialis *G* 17 18 induceret *S* 19 locus *S* 20 tempestate *S*  
 21 cacuminibus *h* || confligis *S*, confragilis *A* 22 adesa] adhesa *H*,  
 ades *S* || reduviae *h*, reliquiae *A* || residerunt *A*, heserunt *H*

- et alia multa quae adfatim mari incito expuuntur: 1 IGN.  
 ita ut, sint licet facie mediterranea, appareant tamen 2  
 specie litorali. 3  
 9, 10 Nunc de incolis reddam. Emathius qui primus 4  
 in Emathia ocepit principatum, seu quia indago ori- 5  
 ginis eius aevo disperiit seu quia ita res est, genuinus 6  
 11 terrae habetur. post hunc in Macedonis exortum 7  
 Emathiae nomen perstitit: sed Macedo Deucalionis 8  
 maternus nepos, qui solus cum domus suae familia 9  
 morti publicae superfuerat, vertit vocamen Macedo- 10  
 12 niamque a se dixit. Macedonem Caranus insequitur 11  
 dux Peloponnesiae multitudinis, qui iuxta responsum 12  
 dictum deo, ubi caprarium pecus resedissee adverterat 13  
 urbem condidit quam dixit || Aegae, in qua sepeliri 14 PL. 4, 33  
 reges mos erat: || nec alter excellentium virorum bus- 15 IGN.  
 tis apud Macedonas priscos dabatur locus. 16  
 13 Succedit Carano Perdicca, secunda et vicesima 17  
 olympiade, primus in Macedonia rex nominatus. cui 18  
 Alexander Amyntae filius dives habitus, nec inme- 19  
 rito: ita enim affluenter successus eius proficiebant, 20  
 ut ante omnes Apollini Delphos, Iovi Elidem statuas 21  
 14 aureas dono miserit. voluptati aurium indulgentissime 22  
 deditus: sicut plurimos qui fidibus sciebant, dum vivit, 23

v. 4 Emathius — 11 dixit *expressit* Isidorus 14, 4, 13

2 appareat *L*, apparent *H* 3 e specie *A* || litoralis *S* || post  
 litoralis locum supra p. 68, 18 — 69, 9 *inserunt* *SAP* 4 incolis]  
*LGAP*, insulis *HS* || emanthius *G* 5 ocepit] *LP*, hoccepit *G*,  
 accepit *HSA* || quia] qui *H* || indago] familia *AP*<sup>2</sup> 6 disperiit *LGS*  
 || quia ita] *LGH*, ita quia *P*, quialtu *S*, quia alta *A* || genuina *A*  
 7 macedoniis *LG* || exorti *S*, exortu *H* 9 domus suae familia]  
*LGHSP*, domo sua *A* 10 morti publicae] *LGAP*, morti *H*,  
 mortis *S* || superfuit *A* 12 peloponnesiae *SA*, peloponnesiae *LGH*  
 13 deo] *LGSP*, de eo *BH*, e deo *A* || ubi *om.* *P*<sup>1</sup> || capra-  
 rium] campum *A* || resedissee aduertat *S* 16 macedones *P* || pris-  
 cus *LGAP* 17 perdicca *LGA*, perdiccas *H* 19 hab. diu. *A* 20 affl.  
 succ. ei. pr.] affl. (*om.* *A*) succ. ei. ampliandis opibus proficiebant (pro-  
 ficiebat *A*) *AP* 21 omnis *SP*, omen *A* || elide *P* 22 domo *S*  
 23 sidibus *S*

IGN. 1 in usum oblectamenti donis tenuit liberalibus, inter  
 2 quos et Pindarum lyricum. ab hoc Archelaus regnum 9, 15  
 3 excepit, prudens rei bellicae, navalium etiam com-  
 4 mentor proeliorum. hic Archelaus in tantum litte-  
 5 rarum mire amator fuit ut Euripidi tragico consilio-  
 6 rum summam concederet: cuius suprema non con-  
 7 tentus prosequi sumptu funeris, crinem tonsus est  
 8 et maerorem quem animo conceperat vultu publicavit.  
 9 idem Pythias et Olympiacas palmas quadrigis adeptus 16  
 10 tus, Graeco potius animo quam regali gloriam illam  
 11 prae se tulit.

12 Post Archelaum Macedonica res dissensione iac- 17  
 13 tata in Amyntae regno stetit, cui tres liberi: sed  
 14 Alexander patri succedit. quo exempto, Perdiccae  
 15 primo data copia amplissimae potestatis indupiscun-  
 16 dae. qui obiens hereditarium regnum fratri Philippo  
 17 reliquit, quem captum oculo dextro apud Mothonam  
 cf. SOL. 8, 7 18 supra diximus; cuius debilitatis omen praecesserat:  
 19 nam cum nuptias ageret, acciti tibicines carmen cy-  
 20 clopium quasi de colludio concinuisse traduntur. hic 18  
 21 Philippus Magnum procreat, quamlibet Olympias  
 22 Alexandri mater nobiliorem ei patrem adquirere ad-  
 23 fectaverit, cum se coitu draconis consatam adfirmaret.  
 24 ita tamen et ipse egit ut deo genitus crederetur.

v. 20 hic Philippus — 74, 6 accesserant in compendium redegit Ca-  
 pella 6, 655

1 doni<sup>s</sup> L, domis G 3 excipit HS || rei publicae (pub in litura) S  
 3 4 commentor etiam h 4 hic] idem P 5 erupidi AP<sup>1</sup> 6 summa G  
 || concederet HS 7 subtu G, sumptus AP || crines P 8 vultu]  
 facie A 9 idem] HSA, idem archelaus LGP, archelaus B || olym-  
 piacas] G, olympi.cas L, olympicas (olimpicas) HSAP 10 gloria  
 illa P 13 tres] res G || liberi] hSAP, filii LG Bern. 14 alexandri S  
 || perdiccae G 15 primum P || ampl.] regiae A 15 16 indupis-  
 cundae] GBHS, indepiscundae LP, om. A 17 capto G 18 cu-  
 iusque AP || debilitas h 19 auget G || accipti S, accepti H  
 || carnem G 19 20 cycloplum A, ciclopum H 20 concinuisset S  
 || hic om. P 22 23 affectauerat A 23 coitu] LGAP, coepto S,  
 conceptu H 24 tamen et] sane A



- 9, 19 peragravit orbem, rectoribus Aristotele et Callisthene 1 IGN.  
 usus, || subegit Asiam Armeniam Hiberiam Alba- 2 PL. 4, 39  
 niam Cappadociam Syriam Aegyptum: Taurum Cau- 3  
 casumque transgressus est: Bactros domuit: Medis 4  
 et Persis imperavit: cepit Indiam, emensus omnia 5  
 20 quae Liber et Hercules accesserant. || forma supra 6 IGN.  
 hominem augustiore, cervice celsa, laetis oculis et 7  
 inlustribus, malis ad gratiam rubescentibus, reliquis 8  
 corporis non sine maiestate quadam decoris. victor 9  
 omnium vino et ira victus: sicut morbo vinulentiae 10  
 apud Babylonem humiliore quam vixerat fortuna 11  
 21 exemptus est. post quem qui fuerunt magis ad se- 12  
 getem Romanae gloriae quam ad hereditatem tanti 13  
 nominis ortos invenimus. 14  
 22 || Macedonia lapidem gignit quem paeonitem vo- 15 PL. 37, 180  
 cant. hunc eundem et concipere et parere et partu- 16  
 rientibus opitulari fama prodiga est. circa Tiresiae 17  
 sepulcrum plurimus invenitur. 18  
 10, 1 || Nunc in Thraciam locus pergere et ad validis- 19 PL. 4, 40  
 simas Europae gentes vela obvertere. || quas qui se- 20 SOL.  
 dulo experiri velint, non difficulter deprehendent 21  
 Thracibus barbaris inesse contemptum vitae ex qua- 22  
 2 dam naturali sapientiae disciplina. || concordant om- 23 MEL. 2, 2, 3

v. 15 Macedonia — 17 prodiga est *compilarunt Priscianus v. 439 — 441 et Isidorus 14, 4, 13* || v. 22 Thracibus b. i. c. v. *expressit Capella 6, 656*

2 hiberiam] *libri omnes* 3 syrias *S* 4 bractos *L* 5 emensus] *LGAP*, egressus *H*, egressus est *S* 6 quae] *HSAP*<sup>2</sup>, qua *LGP*<sup>1</sup> 7 angustiore *A* 7 8 et inlustribus] *LP*, et illustribus *GA*, inlust-  
 tris *S*, illustris *H* 8 inrudentibus *A* || reliqui *h* 9 decorus *A* 10 sicut] sic *H* || uinulentiae] *LS* 11 humiliori *HSA* 12 ex-  
 tinctus *h* || qui] sui *G* 14 ortus *S* 15 penitem *G* 16 undem *P* || et parere] *HAP cum Prisciano*, et parare *S*, *om. LG* 16 17 f. pr.  
 est et part. op. *A* 17 circa — 18 inu. *om. G* 19 tunc miniatore  
*errante P* || thraciam] *A*, trachiam *HS*, thracia *LGP* || ad *om. H*  
 20 ob *om. P*<sup>1</sup> 21 experiri] *LGP*, expediri *S*, expedire *H* || uelit *A*  
 || difficultet *L*<sup>1</sup>, dfficulter *S* || deprehendet *S*, depraehendit *A*  
 22 ex] et ex *S* 22 23 quadam] qua *H* 23 naturali] *HSA*, natu-  
 ralis *LGP* || sapientiae *om. A* || disciplinam *G*

- MEL. 1 nes ad interitum voluntarium, dum nonnulli eorum  
 2 putant obeuntium animas reverti, alii non extingui,  
 3 sed beatas magis fieri. apud plurimos luctuosa sunt  
 4 puerperia, denique recens natum fletu parens ex- 10, 3  
 5 cipit: contraversum laeta sunt funera adeo ut exemp-  
 MEL. 2, 2, 4 6 tos gaudiis prosequantur. || uxorum numero se viri  
 7 iactant et honoris loco iudicant multiplex matri-  
 8 monium. quae feminae tenaces sunt pudicitiae, in-  
 9 siliunt defunctorum rogos coniugum et, quod maxi-  
 10 mum insigne ducunt castitatis, praecipites in flammas  
 11 eunt. nupturae non parentum arbitrio transeunt ad 4  
 12 maritos, sed quae prae aliis specie valent subhastari  
 13 volunt et licentia taxationis admissa non moribus  
 14 nubunt, sed praemiis: quas formae premit dedecus,  
 15 dotibus emunt quibus coniungantur. uterque sexus 5  
 16 epulantes focos ambiunt, herbarum quas habent se-  
 17 mine ignibus superiacto, cuius nidore perculsi pro  
 18 laetitia habent imitari ebrietatem sensibus sauciatis.  
 SOL. 19 || De ritu ista sunt, de locis et populis quae se- 6  
 PL. 4, 40. 41 20 cuntur. || Strymonem accolunt dextro latere Dense-  
 21 letae, Bessorum quoque multa nomina ad usque Mes-  
 22 tum amnem, qui radices Pangaei circumfluit. Hebrum 7  
 23 Odrysarum solum fundit, qui fluvius excurrit inter

v. 20 Strymonem — 76, 4 nationes in compendium redegerunt Capella  
 6, 656 et Isidorus 14, 4, 6

3 luctuosa] luctui H 7 iactitant H || honori S || iudicant] iudi-  
 catur LP ducunt A || m. m.] redundantiam (-tia P<sup>3</sup>) coniugum AP<sup>2</sup>  
 9 def. ina. maritorum rogos A, insiliunt def. insiliunt maritorum rogos  
 coniugum P 10 ducunt] habent A 11 arbitrato A 12 quae] BHSAP,  
 qua G, om. L || alias S, ceteris A || subarrari A 13 14 praem. non  
 m. nub. A 14 sed praemiis om. P<sup>1</sup> || decus G 15 coniungen-  
 tur] SA, coniugantur G 19 20 secuntur LGSAP 20 dextro] LGSAP,  
 dextero Bern., extero A || lateri L 20 21 densaelaetae G, den-  
 selaelae L, densalaetae S, denselate P, densaelatae AH 21 multa  
 nom. quoque H 21 22 mestum] inestum Bern., in.... A 23 odry-  
 sarum] L, odryssarum G, odysarum P, odrysarum S, odrisiaratum A,  
 odrisiantrum Bern., odrysiaerarum A; Odrysiae nives Capella

- Priantas Dolongos Thynos Corpilos aliosque barba- 1  
ros: || tangit et Ciconas. || deinde Haemus sex mi- 2 MEL. 2, 2, 8  
libus passuum arduus, cuius aversa Moesiagetae Sar- FL. 4, 41  
10, 8 matae Scythae et plurimae insidunt nationes. Pon- 4  
ticum litus Sithonia gens obtinet, quae nato ibi Or- 5  
pheo vate inter principes iudicatur: || quem sive sa- 6 MEL. 2, 2, 8  
crorum sive cantuum secreta in Sperchivo promun- 7  
turio agitasse tradunt. || deinde stagnum Bistonium. 8 FL. 4, 42  
9 || nec longe regio Maronia, in qua Tirida oppidum 9 MEL. 2, 2, 9  
fuit equorum Diomedis stabulum: sed cessit aevo 10 FL. 4, 42  
solumque turris vestigium adhuc durat. 11  
10 || Inde non procul urbs Abdera, quam Diomedis 12 MEL. 2, 2, 9  
soror et condidit et a se sic vocavit, mox Demo- 13  
criti domus physici ac si verum rimere ideo nobilior. 14  
|| hanc Abderam olympiade prima et tricesima senio 15 IGN.  
conlapsam Clazomenii ex Asia ad maiorem faciem 16  
restitutam, oblitteratis quae praecesserant, nomini 17  
suo vindicaverunt. 18  
11 || Locum Doriscon inlustrem reddidit Xerxis ad- 19 FL. 4, 43  
ventus, quod ibi recoluit militis sui numerum. Po- 20  
lydori tumulum ostendit \*Aenus. || in parte, quam 21 FL. 4, 44

v. 4 Ponticnm — 14 domus physici brevavit *Capella* 6, 656. 657  
|| 20 21 Polydori tumulum hinc *Capella* 6, 657

1 priantes *H* || delongos *HP*<sup>1</sup> || thynos *P*, tynos *S* || corpylopa-  
liosque *S* 2 ciconas] *LP cum Capella*, cyconas *SA*, ciconos *G*,  
cionas *H* 3 auerse *H* || moesiagetae] *GHS*, moesiagathae *L*, moesi-  
getae *AP*; etiam apud *Plin.* moesiagetae exhibent *codd. quidam*; inter  
quas gente (*scr. Getae*) sarmatae scythae *Capella* (*cod. Reich.*); Mas-  
sagetae Sarmatae Scythae *Isidorus* 4 scythae *om. G* || insirunt *L*  
5 natio *hS* 6 inter pr. iudicatur (iudicatus *G*) || decus addidit  
(addit *P*<sup>2</sup>) nomini *AP*<sup>2</sup> 7 sperchio] *LGP*<sup>1</sup>, sperchico *AP*<sup>2</sup>, sper-  
giuo *HS*; in sperchio (*sic uel spertio Salmasii libri*; spartio *Reich.*  
*Darmst.*) promontorio *Capella*; seriphion *Melae cod. Vat.*; debuit esse  
Serrium 8 tradunt] credunt *H* || bistonium *S* 9 maronia] *suppl.*  
*m. 1 L* || tira *L*<sup>1</sup> (*corr. m. 1*), tirada *h*, tyrida *GA cum Capella* 14 ri-  
mere] recipias *P*<sup>2</sup> 16 clazomeni *LGP* || ex] et *A* 19 reddit *G*<sup>1</sup> *S*  
|| xerxis] *GP*<sup>2</sup>, xersis *LH*, xersys *A*, xersi *S* 19 20 aduestus *G*  
21 aenus] *Salm.*, haemus *S*, hemus *LGHP* || partem *P*

PL. 1 Aroteres Scythae \* tenuerunt, celebrant quondam  
 2 urbem Geraniam (Cathizon vocant barbari), unde a  
 IGN. 3 gruibus Pygmaeos ferunt pulsos. || manifestum sane 10, 12  
 4 est in septemtrionalem plagam hieme grues frequen-  
 5 tissimas convolare. nec piguerit meminisse quatenus  
 PL. 10, 59, 60 6 expeditiones suas dirigant. || sub quodam militiae  
 7 eunt signo, et ne pergentibus ad destinata vis fla-  
 8 tuum renitatur, harenas devorant sublatisque lapillulis  
 9 ad moderatam gravitatem saburrantur. tunc conten- 13  
 10 dunt in altissima, ut de excelsiori specula metentur  
 11 quas petant terras. fidens meatu praeit catervas, vo-  
 12 latus desidiā castigat voceque cogit agmen: ea ubi  
 13 obraucata est succedit alia. Pontum transiturae an- 14  
 14 gustias captant, et quidem eas (nam promptum est  
 15 oculis deprehendere) quae inter Tauricam sunt et  
 16 Paphlagoniam, id est inter Carambim et Criumetopon.  
 17 cum contra medium alveum adventasse se sciunt scru-  
 IGN. 18 pulorum sarcina pedes liberant. || ita nautae prodi- 15  
 19 derunt conpluti saepe ex illo casu imbre saxatili.  
 PL. 10, 60 20 || harenas non prius revomunt quam securae sedis  
 IGN. 21 suae fuerint. || concors cura omnium pro fatigatis,

